

DEO DUCE,

COLLATIONEM
JURIS STATU-
TARII RIGENSIS,

CUM

JURE COMMUNI,

Ad Methodum Institut. Imperialium,

CONSENTIENTE

MAGNIFICO ICTORUM ORDINE,

IN ILLUSTRIS HAC VIADRINA,

PRÆSIDE

D. SAMUELE STRYKIO, JC.

COMIT. PALAT. CÆSAR. SERENISS. ET POTENTISS.
ELECT. BRAND. CONSILIAR. FACULT. JUR. ORDINAR.
ET DECRETAL. PROFESS. PUBL.

Dno. Promotore ac Præceptore Suo ævum devenerando,

Ad diem XXII. Novembr. Anno M. DC. LXXXIV.

IN AUDITORIO ICTORUM,


Acc. 28/3/74

Placido Eruditorum Examini publicè exhibet


A. & R.

BRUNO Danensfeld / Rigâ-Livonia

BIBLIOTH
ADEM
DORPAT



Francofurti ad Viadrum, Prælo Cœpseliano Academico.



PRÆLOQVIUM.



Sanctus ille nexus est, quò
quemque sua obstrictum tenet Patria.

Majorem nostri partem huic deberi prudentiores Ethnorum prudentissimè censuerunt. Quapropter omnis vita, præcipuè verò, quæ excolendis literarum studiis impenditur, unicè eò collimare debet, ut futuris Patriæ commodis ea possit impendi. Hanc metam qui negligunt, in devia deflectunt, & indignos se reddunt, quos Patria foveat aliquando vel promoveat. Ego, qui extra Patriæ Pomœria hucusq; literarum Studia, præcipuè verò Civilem prudentiam, excolui, à nexu natalis soli me nunquam exemptum censui, sed quantum præsentis vitæ ratio sivit, omnem operam impendi, ut Studia quoque mea in futuram Patriæ utilitatem dirigerem. Quapropter in excolenda Juris prudentia nunquam ita Justiniani placitis inhærendum censui, ut non altero quasi oculo ad saluberrima Patriæ meæ statuta reflecterem. Turpe quippe ac Patriæ indignum ratus cum Juris-Consulto, Jura Patriæ ignorasse, in quibus quis aliquando versaturus. Quare cum mecum constituerim, publicum profectum quali-

umcunqve specimen edere, non credidi, me officio meo satisfacturum melius, aut Patriæ studiorum rationem redditurum commodius, quam si ipsum Jus Patriæ STATUTA scilicet RIGENSIA, cum JURE COMMUNI conferrem, & gratissimâ illâ Institutionum Imperialiũ methodô dissonantiam & consonantiam Patrii & Romani Juris exhiberem. Fateor quidem, vires ingenii longius egredi, quam suscepi, operam, cum rerum forensium experientiam, quæ Juri Statutario maximam fœneratur lucem, hucusqve nullam mihi comparaverim: Veniam tamen mihi polliceor ab æquissimis rerum æstimatoribus, si quantum Juvenilis ætas permiserit, tentavero, dum distantia locorum non permisit in illis, quæ dubia mihi videbantur, differtissimos Patriæ meæ Togatos consuluisse. Quæ defunt, suppletura aliquando maturior ætas & accuratior in patrios mores inquisitio. Interim nostris conatibus faveas, lapsus, quos ego lubentissimus agnoscam, ignoscas, & quæ defunt, faventissimo Tuo affectu suppleas, rogo. DEUM verò Optimum Maximum, omnis boni fontem, supplex imploro, ut suscepti ab oris successum mihi concedat felicissimum!

CAPUT I.

DE

JURE STATUTARIO RIGEN- SI IN GENERE.

S U M M A R I A.

I ngressus.	n. 1. 2	Civitas Rigensis statuta condere potest.	23
Conferantur cum Jur. Comm. statuta non antiquiora sed recentissima.	3. 4. 5	Riga fuit civitas libera Imperialis.	24. 25. 26. 27
De statuendi licentia Civitatibus competente.	6	Ex quo tempore Regi Polonia cessit & Imperium acquievit talis amplius non est.	28.
Refertur Dd. opinio statuentium, Civitatem ne quidem consuetudinē introducere valere.	7	Non tamen amisit facultatem statuta condendi sed privilegia ejus confirmata.	29. 30. 31
Explicatio §. 9. Inst. de J. N. & G.	8. 9	Probat.	32. 33. 34
Decisio questionis ex qualitate Civitatis petenda.	11	Non denegatur Reg. Maj. facultas ea revidendi, emendandi.	35. 36
Civitatum divisio.	12. sq.	Effectus Statut. Rig.	37. 38
Civitas circa administrationem bonorum statuta condere potest.	14	Statuta Rigens. Jus Rigense dici possunt.	39
Effectus omnimoda Jurisdictionis est statuta condere.	15. & 16	Statuta Rig. obligant omnes, quē ibi commonentur.	40. 41. 42. 43
Civitas non contra sed prater Jus commune statuta condere potest.	17. 18. 19.	Statutorum interpretatio strictē faciendā.	44. sq.
Civitates Imperiales statuta condere possunt.	20. 22.	Ex Jur. Comm. Statut. interpretatio petendā.	47. 48. 49
Quod ipsis confirmatum per Instrum. pacis.	21	Jure Stat. non expressa pro omissis habentur.	50. 51
		Jus Statut. nullam admittit ex-	sem-

tenfionem.

A contrario fenfu in ftatutis valet
argumentum remiffivè.

Divifio Juris in publicum & priva-
tum

52 | *Qua pars Stat. Rig. contineat Jus
publicum.* 57. 58

53. | *Qua Jus privatum.* 59

55. 59. | *Quâ methodo ftatuta hic tracten-
tur.* 60. & 61



Ollaturo mihi Jus Patrium

Rigenfe cum Jure Civili Romano, mox mihi in mentem venit illud Caji Jcti monitum, in l. 1. ff. de Orig. Jur. quod, ficuti in foro caufas dicentibus nefas videtur, nullâ præfatione factâ, Ju-

dici rem exponere, tantò magis expositionem Juris promittentibus inconveniens fit, omiffis initiis, atqve ita origine non repetitâ, illo-
lotis manibus negotium aggredi, qvam ob caufam ipfe Pomponius in L. 2. princ. ff. d. t. neceffarium effe dicit, ipfius Juris originem, atqve Processum demonftrare. Idem ergò & mihi incumbere videbatur, ut in prima Rigenfium Statuta, Eorum Conditores, Regiasqve Confirmationes inquirere. Verùm dum extra Patriam conftitutus, horum omnium accuratior inqvisitio mihi denegata: Non enim ex libris, qvippe quantum conftat, nunquam de Statutis Rigenfibus quicquam, prelo commiffum, fed ex Patriæ Archivis hæc exploranda forent.

Cum verò in fuper propofiti mei fit, non hiftoriam Juris Patrii exhibere, fed Jus ipfum Rigenfe cum Jure Comm. conferre, feqvar
veftigia non antiquiorum fed recentiffimorum ftatutorum, quæ manufcripta huc ufque verfârunt manus Judicum & Advocatorum.

Quæ ipfa quidem an planè eadem fint cum illis, quæ Henricus Giefebertus in Pericul. Statut. Harmon. Part. 1. in præfat. ad Lectorem & ibi exhibitio Indice Statut. Anno 1517. compofita exiftimat, nobis certò non conftat. Imò exinde de eò dubitamus, quod Giefebertus in
Juftiniano fuo Harmonico XI. Statutorum Libros alleget, cum tamen recentiffima Statuta VI. Libris comprehenfa.

De Statuendi licentia feu facultate condendi Statuta, an hæc Civitati Rigenfi competat, hic difquifiviffe magis propofito noftro
infer-

inserviet. Non ignota Ddr. opinio, qui asserunt, sub statu Monarchico populum vel Civitatem, ne quidem consuetudinem introducere valere. Qui enim unius imperio subsunt, & à nutu imperantis dependent, Legislatoriam potestatem nulla ex parte sibi vindicare valent. Quod enim in §. 9. *Inst. de Jur. N. & G.* dicitur, tacitò populi consensu induci consuetudinem, hoc non alià ratione nititur, quàm quod, sicuti populus expressè Legem ferre potest, ita quoque tacitò consensu per consuetudinem jus inducere valeat. Atqui verò hoc non de alio populo quam libero asseri potest vid. *Strauch. ad Jus Justin. Dissert. 1. Th. 9.* Idem de Statutis asserendum videtur: Sunt enim Statuta LL. locales, & sic aliquid Juris Legislatorii Civitati statuenti adscribendum esse videtur.

Optimè mihi distingvere videntur Ddr. illi, qui ex qualitate Civitatis & diversitate privilegiorum Civitati competentium decisionem petunt. Vulgata enim illa distinctio est, quod Civitas alia sit municipalis, alia libera seu Imperialis. Municipales quod attinet, distinguunt iterum, an illæ omnimodà Jurisdictione instructæ an non. His statuendi licentia nulla est, nisi statutum administrationem bonorum communium concernat arg. *L. fin. Et. 1. decret. ab ord. faciend. Zaf. ad ff. Tit. 4. n. 32.* Bonorum enim administratio cum concessa Senatui à Superiori, simul facultas circa administrationem sibi LL. præscribendi concessa videtur, quò his ipsis bonum Civitatis promoveatur: Illas verò quod attinet, communiter volunt, effectum omnimodæ Jurisdictionis esse Jus Statuta condendi, aded ut Statuta facere reputent pro actu Jurisdictionali *Stephan. de Jurisdic. Lib. 2. Part. 2. cap. 8. n. 16. & seqq. Carpz. Part. 3. Decis. 298 n. 3.* Quàm sententiam communiter receptam esse probat Dn. *Mev. ad Jus Lub. in proem. quest. 2. n. 52.* Distingvendum tamen hîc videtur, an tales Civitates condant Statuta contra jus Commune: an præter Jus Commune. Illud sine dubio ipsis indulgendum non est *Auth. Cassa C. de SS. Eccles.* nisi Principis confirmatione accedente. Non enim hoc arbitrio subditorum relinqvendum, an LL. à superiori latas observare, an verò suis Statutis eandem limitare velint, cum sola parendi gloria ipsis relicta *Magnif. Dn. Becman. in Medit. Polit. Dissert. 19. Th. 2.* Necessum Ergo est, ut talia Statuta expressè Principis consensu muniantur.

- 19 niantur. Qvò verò attinet Statuta præter Jus Comm. in ejusmodi scil. casibus, qui Jure Comm. expressam decisionem non habent, valebunt statuta, etiam insciò Principe, cum hujus autoritati nihil cedat, si Civitas aliqua spontaneò qvòdam arbitriò per modum conventionis omnium Civium recipiat, qvòd in simili casu in posterum pro jure observare velit. v. Rol. à Valle *Vol. 1. Cons. 29. n. 1. ibid. cit. Aut.*
- 20 Civitates Imperiales qvòd attinet, expedita jam decisio est, cum Status Imperii sint Knipschild. *De Jure Civit. Imperial. L. 2. c. 1. n. 35.* Illustr. Dn. Rhetius *in Instit. Jur. publ. Lib. 1. Tit. 18. §. 9. & in suo territorio eodem jure, si non personali, reali tamen gaudeant, qvòd Principes Imperii in suis Provinciis Martin. Magerus de Advocat. Armat. cap. 6. n. 290. Caspar. Klock. de Contribut. cap. 5. n. 10. & seqq.*
- 21 Qvæ Civitatum Imperial. Jura, utut à multis lacescita & in dubium vocata, solenniter tamen per *Instrum. Pac. Monast. art. 8. §. Tam in universalibus confirmata his verbis: Liberis Imperii Civitatibus non minus quàm ceteris Statibus Imperii competat votum decisivum, iisdem rata & intacta maneant regalia, vectigalia, redditus annui, libertates, privilegia confiscandi collectandi, & inde dependentia aliæque jura ab Imperatore & Imperio legitimè impetrata vel longò usu ante hos motus obtenta possessa & exercita cum omnimodà Jurisdictione intra*
- 22 *muros & in territorio.* Ex quibus luculentissimè patet, qvòd vi superioritatis territorialis liberam facultatem habeant, etiam contra Jus Commune Statuta condendi, de qvo prolixius videatur Nicol. Myler. ab Ehrenbach. *in Archolog. Ord. Imper. cap. 22. §. 7. & seqq.*
- 23 Nos facultatem condendi Statuta Civitati Rigenfi competentem ex eo deducimus, qvòd non tantùm Livonia pars Imperii Romano-Germanici fuerit, sed, qvòd Civitas Rigenfis Civitatibus liberis Imperialibus in specie fuerit accensita. Non historicorum eò nomine conqvirenda credo testimonia, sed unanime Imperatoris & omnium Imperii Procerum votum plenissimè hanc rem probabit.
- 24 Ita quippe in *Recess. Imp. Erfurtenfi de Anno 1567. §. Wir haben auch* ibi: *Gegen unser und Des Heil. Reichs Stadt Riga.* vid. *Limnæus de Jur. publ. L. 1. cap. 9. n. 51. Reinking. de Regim. Secul. & Eccles. L. 1.*
- 26 *Clas. 2. cap. 9. n. 34.* Et quamvis dictò annò jam tum Polonorum Imperio cesserit Riga; indubium tamen Imperii membrum mansit usque

usq; ad A. M D LVIII. ex quo tempore Moschorum armis petita Livonia, & cum supplicat ipsi ferre nequiret Imperator, ut ut toties literis & Legationibus imploratus, aliunde præsidium quærere necessum habuit. Inde Revalia Svecorum, Riga Polonorum tutamini se submisit: quod factum A. M D LXI. referente Chytræo *Lib. 20. Chron. Saxon.* Nondum tamen Juri suo renunciaverat Imperat. & hinc pro Civitate Imperiali eam merito adhuc habere potuit Imperator. Cum enim annò ejus seculi 70. Pax inter Sveciæ & Daniæ Reges, occasione belli in Livonia gesti, conderetur, ipse Imperator per Legatum solenniter protestatus, se nolle Livoniam ab Imperio avelli, sicuti refert ex Chytræo Dn. Conring. *de Finib. Imper. Lib. 2. cap. 29. pag. m. 597.* Ex eo tamen tempore, quò acqvievit Imperium, & à Polonis in Svecos summa rerum in Livonia translata, faciliè quidem largimur, pro Civitate Imperii Rom. Germ. eam ampliùs haberi non posse. Inde tamen non inferendum, quod facultate Statuta condendi privata fuerit. Et quidem, si præcedentia Statuta ad A. M D XVII. cum Gieseberto referamus, indubium est, illa Statuta condita esse ex Jure & potestate, quæ aliis Civitatibus Imp. competit. Nec horum Statut. vis expiravit, licet Imperio Rom. exempta Civitas, cum Polonia pariter & Sveciæ Regum potentissimi omnia jura privilegia & immunitates, quibus quondam usa Civitas, non imminuta, sed potius eadem, quantum nobis constat, generali confirmatione corroborata voluerint. Et quidem quod Regem Poloniae attinet, testem produco Paulum Piafeciū in *Chron. Gest. in Europ. singular. f. 51.* ubi testatur: Stephanum Regem, Rigam liberam manere voluisse, hisce verbis: *Ac imprimis Rigam liberam manere permisit & non nisi à proprio Magistratu gubernari voluit, vectigalq; tantum in illo portu de mercibus maritimis & navibus pendi solitum in signum Regii dominatus fisco suo regio (tertia ejus parte relicta pro restauratione portus illius) addixit.* Pariter, cum eadem Civitas postquam ad extremum conatum antea restitisset, in manus Potentissimi Sveciæ Regis GUSTAVI ADOLPHI Gloriosissimi memorix A. M. DC. XXI. pervenisset, gratiosissimè promisit Regia Majestas, se libertatem Civitatis conservaturum & privilegia aucturum, uti refert Johan. Loccen. in *Hist. Svecan. Lib. 8. p. 540.* Ex quo & illud elicere tutò valemus, cum statuendi licentiam olim habuerit,

hæc Civitas, & ejus jura non imminuta sed confirmata à Regibus, etiam hodie hoc jus statuendi Civitati Rigenfi salvum esse. Interim tamen non denegamus Regiæ Majestati arbitrium talia Statuta revidendi & emendandi augendive, prout Saluti Reip. consultum existimaverit. Quorsum pertinet Resolutio illa Reg. Maj. Sved. *sub dato Stokholm d. 13. April. Anno 1663.* *Immittelst wollen auch Ihr. Königl. Majestät / daß Burgemeister und Rath ein vollkômliches und wolvidimtes Corpus privilegiorum einlieffern / Darnach wollen Ihr. Königl. Maj. ob es hiebey in allen verbleiben oder auch andere momenta mehr in consideration gezogen werden sollen / sich weiter außführlich erklären.*

His ita circa facultatem statuendi præmissis, jam disquirendum foret, quousque effectus Statutorum Rigenfium se extendat. Ubi quidem extra dubium esse reor, Statuta ejusmodi derogare Juri Communi *L. de quibus 32. ff. de LL. Corhman. Lib. 1. Consil. 16. n. 4.* Reinking. de Regimine Secular. & Ecclesiast. *Lib. 2. Class. 2. cap. 9. n. 1. & cap. 10. n. 1.* ac pro Jure Comm. haberi Vivius *Decif. 221. n. 1.* Carpzov. *P. 2. Decif. 101. n. 1. & 2. Decif. 194. n. 22 & Decif. 163. n. 1.* Unde non dubitandum existimo, Statuta nostra Juris nomen mereri & ita æquè Jus Rigenfe dici posse, sicuti Jus Lubec. dicitur. Habent enim plenissimum Juris effectum intra territorium statuentium. Personas verò, quæ Stat. Rig. obligantur, quod concernit, certum est, non tantum Cives Rigenfes, sed omnes, quotquot illic loci commorantur & negotia suscipiunt, illis obligari. Quæ uti de observantia Statut. Lubec. plenissimè deducit *Mev. ad Jus Lubec. in Proem. quest. 3. & 4.* ita quoque Statutis Rigenf. ob similitudinem rationis applicari possunt, ut hinc ea fufius deducere operæ pretium non sit. In speciè verò huc pertinet, quod in Statutis Rigenfibus *Lib. 2. cap. 2. §. 1.* dispositum daß alle Eingeböhrne und Eingefessene / sie seyn Edel oder Unedel / wie auch alle Frembde die in der Stadt oder dero Gebiecht *contambiren* oder *delinqviren* / dero *Jurisdiction* unterwürffig seyn sollen.

Quò casu verò quis agnoscere tenetur Jurisdictionem, eò casu & Statutis ipsum obligari, affirmandum puto.

Quantum ad Statutorum interpretationem; ea strictissimè faciendâ *Mev. Part. 5. Dec. 1. n. 2. & Part. 9. Decif. 174. n. 2.* & interpretanda,

pretanda, prout verba sonant, & litera jacet *Mev. Part. 7. Dec. 253. n. 3. 4 5.* Cacheran. *Decif. 21. n. 12.* Tessaure. *Lib. 2. quest. 48. n. 4.* cum tantum disponere, quantum loquuntur, & non ultra præsumantur. Reinking. *dict. Tract. Lib. 2. Class. 2. cap. 18. n. 24.* Franc. Nigr. Cyriac. *Controv. Forens. L. 2. Controv. 254. n. 62.* Mar. Giurba *Decif. 8. n. 7.* Quapropter nec de loco ad locum *Mev. Part. 2. Decif. 30. n. 4.* nec de casu ad casum *Mev. Part. 2. Dec. 39. n. 10. & 13.* Schult. *Lib. 2. quest. pract. 69. n. 19.* extendenda. Quod maximè observandum quoad ea, in quibus à Jur. Comm. recedunt, quorum interpretatio ita moderanda, ut quàm minimum de Jure Comm. demant. Ludolph. Schrader. *de Feudis Part. 10. Sect. 20. n. 168.* Carpzov. *Part. 1. Decif. 3. Zoesl. ad ff. Tit. 4. n. 36.* Franc. Nigr. Cyriac. *d. L. 2. Controv. 370. n. 57.* Ex eo enim tanquam fonte Statutorum interpretatio petenda *Mev. Part. 7. Decif. 255. n. 1.* Et quæ non expressè mutata, Juris Communis subjacent dispositioni *Mev. Part. 1. Decif. 133. n. 8. & Decif. 39. n. 14.* Id quod & Statuta Rigensia ipsissimis requirunt verbis, ut casuum Jure Statut. non decisorum decisio ex Jure Civ. & Canon petatur *Lib. 2. c. 4.* hisce verbis: *Die Richter sollen sich in Fassung der Urtheile diesem unsern Stadt-Recht und Gewohnheiten gemäß verhalten / da aber die nicht zulangeten/ sollen Sie nach dem gemeinem Kayserslichen und Geistslichen Rechten in Urtheilen richten.*

Ea tamen, quæ Jure Statut. non expressa, pro omiffis habentur *Mev. Part. 7. Decif. 253. n. 6.* & pariter ex Jur. Comm. deducenda *per L. Si extraneus 6. de condict. caus. cap. pen. X. de Jurej. Schurff. Cent. 1. Consil. 51. & 55. Wesenb. Part. 3. Conf. 133. n. 28. & Consil. 135. n. 37.* Uniusque expressio alterius præ se fert derogationem *Mev. Part. 2. Decif. 39. n. 7.* Nec ullam prorsus admittit extensionem, Pa-normit. *in cap. proposuisti 19. n. 2. v. ad idem X. de For. Compet. Schrader. de Feud. Part. 10. Sect. 20. n. 169.* Carpzov. *Part. 3. Decif. 295. n. 15.* A contrario tamen sensu valere argumentum defendit *Mev. d. Decif. 39. n. 6.* Plura de Jur. Statut. extensione videri poterunt apud Alphonsum Villagut *Tract. de Extens. LL. Rubr. de Extens. Statut. f. 137.* Alderanum Mascardum *Tract. de Generali Statut. Interpretet.* quorsum brevitas causâ me remitto, generalibus enim hisce inhærere propositi mei non est.

- 55 Jus Civile Romanum in publicum & privatum distingvi ex §.
 56 *fn. Inst. de J. & I.* abundè constat. Jus Rigense non dissimili modò
 57 dividi poterit, nam & hujus pars Jus publicum continet, pars verò
 58 privatum. De Jure publico Lib. I. Statut. agit, ubi illa, quæ ad
 constitutionem Magistratus Civici pertinent, exhibentur, unde & vo-
 catur *des Rachts-Buch*. Quamvis alia quoque Civitatis Jura & privi-
 legia in Statutis non comprehensa huc referri posse & debere,
 59 censeam. Prout certò modò huc referri poterit *das Ritter Rächty*
it. Die Lands-Bereinigunge von Aufantwortung der Bauern de
Anno 1494. Die Hochzeit-Ordnung de Anno 1628. Die Kleiders
Ordnung de Anno 1634. quæ paucis ab hinc annis renovata.
 59 Jus privatum in reliquis V. Libris continetur, ubi quidem in
 Lib. II. de Processu Judiciario; in Lib. III. de Nuptiis & contractibus,
 in Lib. IV. de Testamentis, in Lib. V. de Jure Nautico, in Lib. VI. de
 60 causis Criminalibus & persecutionibus delictorum agitur. Mihi
 verò ab hac methodo paulisper discedere lubet, qui pro exercitio
 61 Academico consultius esse credo, *Elementa Iustiniani imitari*. Quam
 ob causam eâ, quâ licebit brevitate, primò Jus personarum, postea
 Jus Rerum, & tertio Jus actionum ex Statut. proponam & cum
 Jur. Comm. collationem instituem.

CAP. II.

DE JURE PERSONARUM ET IN SPECIE, DE JURE DOMINORUM ET SERVORUM, IBI DE SERVIS, ANCILLIS, PROPRIIS HOMINIBUS, MERCEDE FAMULORUM.

SUMMARI A.

P ersonarum divisio.	n. 2	Jus Stat. Rig. agnoscit proprios ho-	
Servorum de Jur. Rom. Status		mines.	8
miserrimus.	3.	De operis servorum remissivè.	9.
Qui hodie exolevit.	4. & 5.		10
Quomodo hodie proprii homines		Servi fugitivi ubiq; inquiri pos-	
servi dicantur.	6. & 7	sunt.	11

<i>Quomodo dominium in hos probe-</i>		<i>Domino competit facultas servum</i>	
<i>tur.</i>	12. & 13.	<i>castigandi.</i>	40. & 41
<i>Quales hodierni servi.</i>	14	<i>Si in castigando excedit, servus</i>	
<i>Ex contractu locati conducti hi tan-</i>		<i>Judicem adire potest actioneque</i>	
<i>tum obligantur.</i>	15. & 16	<i>injuriarum experiri.</i>	42. & 43.
<i>Præstant operas pro mercede.</i>	17	<i>Quò locò mercedes famulorum in</i>	
<i>Quantitas mercedis, si incerta, ex</i>		<i>concurso collocanda.</i>	44
<i>consuetudine, vel ex officio Judi-</i>		<i>Different. Jur. Civ. & Statut.</i>	45.
<i>cis determinanda.</i>	18. & seq.		& 46
<i>Obligantur servi ad promissam</i>		<i>Jur. Stat. & Lub. differentia.</i>	47
<i>tempus servitia præstare.</i>	22	<i>Jur. Stat. & Sax. convenientia.</i>	48
<i>Discedentium pœna Jur. Civ.</i>	23.	<i>Cur mercedes famulorum privile-</i>	
	& 24	<i>gi gaudeant remissivè.</i>	49
<i>Qua Jure Stat. Rig.</i>	25. & seqq.	<i>An privilegio eò tantum gaudent</i>	
<i>Differentia Juris Civilis & Statut.</i>		<i>servi, motò concursu in convictu</i>	
	29.	<i>debitoris existentes?</i>	50
<i>Quam mercedis partem famuli,</i>		<i>Affirmat.</i>	51
<i>ante finitum locationis tempus</i>		<i>Negat. verior.</i>	52
<i>mortui, heredes petere possunt?</i>		<i>Cui correspondet Jus Statut.</i>	53
	30. & seq.	<i>Famuli stipulando usuras strictò</i>	
<i>Non licet Domino ante finitum lo-</i>		<i>jure beneficio renunciâsse presu-</i>	
<i>cationis tempus servum expellere.</i>		<i>muntur.</i>	54
	34. & seq.	<i>Secus ex æquitate.</i>	55
<i>Domini expellentis pœna.</i>	37. & seq.		

OMne Jus, quò utimur, monente Imperat. in § ult. *J. de Ju-*
re Nat. Gent. & Civ. vel ad personas pertinet, vel ad res, vel
ad actiones; hinc de personis pauca videamus, nam parum
est jus nosse, si personæ, quarum causâ constitutæ, ignorentur.
Personarum itaque summa divisio hæc est, *per princ. J. de Jur. Per-*
son. quod omnes homines vel liberi sint vel servi, vel sui juris
vel alieno juri subjecti *pr. J. de his, qui sui vel alien. jur.* Servo-
rum quàm miserrimus Status Jure Roman, fuerit, quàm immensis
cruciatibus subjecti, ita, ut tam in proprium quàm in alterius ca-
put torqueri, imò quocunqve tempore ad necem postulari potue-
rint,

rint, satis constat. Qvod vitæ & necis jus usque ad Antonini Imperat. tempora frequentatum fuisse, docet Imperat. noster Justinianus in *S. fin. Inst. de his, qui sui vel alien. jur.*

- 4 Sed exolevit illa tristissima & Christianis maximè indigna Servorum conditio, prout eam nominat Mev. *ad Jus Lubec. Lib. 1. Tit. 3. pr. n. 29. & 30.* Quamobrem & in Statut. Rigenf. *L. 3. cap. 12. §. 6.* sub pœna corporis afflictiva prohibitum, liberum hominem turpissimo huic statui mancipare. Ea verò, quæ hodiernum adhuc de servitute audiuntur, nihil nisi imago illius veteris dicenda erunt, v. Mev. *ad Jus Lub. L. 1. art. 2. n. 3.* Comparari tamen possunt secundum mores hodiernos proprii illi homines cum servis, vel potius glebæ adscriptis hominibus Mev. *P. 3. Df. 8.* Sunt enim portio fundi Mev. *P. 1. Df. 96.* Ex iisque nati Patris sequuntur
- 7 statum, etiamsi ex matre libera progeniti Mev. *P. 2. Df. 232.* Servi verò dicuntur, quatenus se obligavère ad culturam agrorum & servitiâ Domino præstanda, in aliis verò liberi homines sunt, cum contractus celebrandi, personam standi in judicio, sibi acquirendi & testamenta condendi potestate gaudeant, v. Stamm. *de Servit. Person. L. 3. c. 17.* Leibigen seyn heist gleichwol eigene Güter haben/aber seinen Leib nicht dürffen verrücken unter anderer Herrschafft/ohne seines Herren Willen/ Sebastian. Frank, in der Kaysersl. Chron. fol. 241.
- 8 Et hos proprios homines Statuta quoque nostra agnoscunt *d. l. 3. cap. 12. §. ult.* licet huic ordini parùm faveant, cum expressè c. l. interdictum, ne quisquam liberorum hominum in priorum sortem redigatur sub pœna corporis afflictiva, uti jam supra adduximus.
- 9 De operis servorum sive potius priorum hominum Domino præstandis, cum taceant Statuta, hic prolixè agere non licebit, cum unò omnium Dd. ore à liberto ad proprium hominem admittatur argumentum vid. Husan. *de homin. propr. c. 6. n. 4.*
- 10 Mev. *P. 3. Df. 131. 132. 133. & 271.* Sicut igitur Liberti Jure Rom. tenebantur ad operas præstandas, ita & homines proprii ad easdem
- 11 obligati sunt. Quodsi verò iis sese subducere fugâq; sibi consulere tentant, eos ubiqve inquirendi Domino non deneganda facultas

per L. 2. C. de Serv. fugit, v. B. Brunnem. in Comment. ad d. L. quod
 pariter in Statutis nostris provisum d. L. 3. c. 12. §. ult. Sed quid si 12
 in fuga constituti, se ad operas obligatos, vel glebæ adscriptos
 esse negent? Tunc licitum est Dominis non tantum per instru-
 menta, sed etiam per testes dominium suum probare L. Cum super
 10. C. de R. V. ad quod testimonium duo vicini sufficiunt juxta
 Statut. Rigenf. cit. loc. Qui numerus binarius testium etiam 13
 Jure Rom. regulariter ad probandum sufficit L. 12. ff. de Test. vid.
 Guiliel. Dunozet. Decis. 27. Angl. Celsus Decis. 138 n. 3. & Decis. 352.
 n. 4. Et hæc de hominibus propriis.

Quod servos nostros concernit, quorum operâ hodie uti 14
 mur, illi liberi homines sunt, & in eo à servis præced. num. de-
 scriptis differunt, qui nominatenus quidem liberi, reverà tamen
 servi sint. v. Dn. Præsid. Vol. 11. Disp. 19. c. 2. n. 57. Ex contractu e- 15
 nim Locati Conducti nobis ad operas præstandas tantum obligan-
 tur, ob quam causam Jura servorum nostrorum sub Tit. Loc. Conducti.
 exponunt Statuta nostra. Et licet per longum tempus operas ser-
 viles præstiterint ex contractu sc., tamen statum non mutant. per
 L. 6. C. de Ing. Manumiss. Famulatus enim liberi hominis servum 16
 non facit Dn. Brunnem. in Comment. ad L. 4. C. d. t. Cessante igitur
 contractu, cessant quoque operæ debitæ & servi ab obligatione
 Dominorum liberantur.

Præstant verò servi operas pro mercede ipsis promissa ex con- 17
 tractu. De cujus quantitate, cum nihil in Statutis nostris ex- 18
 pressum, nec Jur. Civ. eadem determinata, Conventioni Domini
 & servi hoc casu standum; & sic quod aliàs in conductionibus,
 idem hîc quoque, attendendum, scil. ut primò locò omnium Lex 19
 Locationis observetur der Mieths. Contract, inter Dominum Loca-
 torem & Servum Conductorem inita per L. Si merces. 25. §. Condu-
 ctor. 3. ff. Loc. Cond. Mynsing. Resp. 38. n. 10. Dec. 4. Contractus e-
 nim semper instar legis observandus per L. 1. ff. de Pact. & ex vo-
 luntate contrahentium Legem accipit Mey. P. 2. Decis. 55. n. 1. Hîc 20
 verò cessante, videndum, quænam certitudo pretii moribus deter-
 minata, arg. L. Exceptio. 18. C. Loc. Cond. præsumitur enim unus-
 quisque ad illud pretium se obligasse, quod moris est in illo loco.

- 21 *arg. L. 6. ff. de Evict. L. 1. ff. de Usur. Mev. P. 2. Decis. 9. n. 2.* Solent enim in plerisque locis certæ Ordinationes extare circa familiam conductitiã observandæ, quæ vocantur, *Gesind-Ordnungen*/ quibus, qui in eadem provincia vivunt, se omnino conformare tenentur. Quod si hæc quoque deficiat, ultimum refugium datur ad officium Judicis, qui salarium ex æquo & bono definiat *Bonacossa in Tr. de Famil. qu. 79.*
- 22 Obligantur porrò servi ex modo conventionis ad tempus in pactis determinatum servitia præstare nec è famulitio decedere.
- 23 sicut id expresse requirit Jus Statut. *Rig. L. 3. c. 12. §. 3.* Si verò conventionibus stare nolint & discedant, vi Juris Civil: salarium petere nequeunt, imò solutum ab eis repeti potest *per L. Ex conducto. 15. §. 6. ff. Loc. Cond.* Et cogendi sunt, si illorum copia haberi possit, ut tempus illud, per quod abfuerint, serviendo suppleant *per L. Servus. 14. §. 1. ff. de Stat. Lib.* Ad interesse quoque Domino præstandum obligantur v. *Mev. ad Jus Lub. Lib. 3. Tit. 7. Art. 5. n. 10. & 11.*
- 25 Locò petitionis interesse verò alienam surrogat pœnam Jus Stat. *Rig. c. 1.* dum constituit, ut servi famulitium deserturi tantum Dominis suis exsolvere obligentur, quantum mercedis locò ipsis promiserant *Dominii d. §. 3.* Hoc insuper *seq. §.* adjiciens, quod sub pœna arbitraria tales servi ante finitum locationis tempus à nemine recipi debeant. Occurrendum enim credidit levitati famulorum qui sæpius sine causa dominorum pertæsi ministerium temerè apud alios ambiunt. Imo quoque occurritur ita malitiæ aliorum Dominorum, qui sæpius lautis promissionibus alienos servos ad sua ministeria vocant, quod juri divino & humano contrarium
- 28 esse merito asserit *Mev. P. 4. Dec. 385.* Verùm enim verò, ne hac ratione nimis dura redderetur conditio servorum, ipsis Jus Stat., si vel matrimonium initura sunt v. *L. 3. c. 1. §. 4. & d. L. c. 12. §. 3.* vel alia legalia impedimenta allegare possint *d. §. 3.* discedendi & pro rata mercedem petendi *per d. §. 4. c. 1.* facultatem concessit.
- 29 In quo tamen differre videtur à Jure Civ. vi cujus famulus vel famula justâ causâ impeditus vel impedita integram mercedem petere potest *L. Cum heres. 4. §. Stichus. 5. ff. de Stat. lib. L. ult. §. 1. in*
- 30 *fin. ff. ad L. Rhod. de jact.* Quid si verò famulus ante finitum loca-

tionis tempus obeat, quantam mercedis partem heredes ejus petere possint, videbimus. Eam nontotam, sed pro rata ipsis concedendam esse putamus. Quicquid enim mercedis nomine datur famulatio, id remuneratio quædam est laboris, ut hinc, cessante ante tempus labore, nonnisi pro rata operarum præstitarum merces solvi debeat *arg. L. Ex conducto 15. §. item cum quidam 6. ff. loc. Cond. L. Desertorem. 3. §. 12. ff. de Re milit.* Quod & in casu con-

verso procedit, si ipsemet Dominus moriatur, ut itidem non nisi pro rata ad obitum usque salarium exigi possit vid. *Carpzov. P. 3. Dec. 264.* Contrarium quidem dispositum videtur in nostris Statutis *L. 4. c. 2. §. 10.* Verum speciale quid ibi contineri circa illos, qui ministerium ad operas nauticas præstiturunt, facile ex contextu patet, de quo inferius suò locò.

Quemadmodum igitur famulus ante lapsum conventionis tempus discedere nequit, ita quoque nec Domino permissum ante finitum terminum famuli servitia respuere; cum correlativorum eadem sit natura & disciplina *Alexand. L. 5. Conf. 131. n. 2. Maurit. de Restit. in Integr. c. 216. n. 1. Nicol. Boër. Dec. 48. n. 3. Modest Pistor. L. 2. Consil. 42. n. 29.* Intercessit enim contractus bilateralis, qui utrinque directam producit obligationem & impedit, ne detur ansa contra conventionis Legem peccandi. Quod tamen sub certa conditione accipiendum: Nisi justa expulsionis causa doceri possit *per d. §. 3. Statut.* Hinc de causa dimissionis, an justa & sufficiens ad expellendum famulum fuerit, accuratè inquirendum. Ea quippe si non sufficeret, Dominus servo ad integram mercedem, quocumque tempore eum expulisset, exsolvendam teneretur, *per d. §. 3.* Quod Juri Civili perquam conveniens, cum per servum non steterit, quò minus promisso satisfaceret *L. Qui operas. 38. ff. Loc. Cond. nec eòdem locationis tempore ab alio acceperit mercedem L. Sed addes 19. §. Cum quidam 9. §. seq. ff. d. t. L. Diem functo 4. ff. d. Offic. Asses. Carpz. P. 2. Dec. 136. n. 16.*

Vidimus in præced. quæ potestas in servos Dominis olim competierit: Illam verò hodie abolitam quoque subjecimus. Moderamen aliquod potestatis etiam quoad conductitios nostros servos, cum alibi tum in castigatione eorum eò magis requiritur,

- 41 quò impatientior freni ira est. Taleqve moderamen Jus nostrum
Statut. *L. 3. c. 12. §. 5.* subjicit, ut Dominis à servis ad iram concitatis
eos loris castigandi, attamen ohne Blau und Blut/ concedat, in quo
42 cum *L. un. ibig.* Godofr. *C. de Emend. Serv.* convenit. Quod si præ-
scriptum hunc castigandi modum excederent Domini, servis Judicem
adeundi licentia deneganda non foret, adeò, ut à Domino nimium sa-
viente cautionem de non offendendo exigere possent. *Mev. P. 4. D. 19.*
- 43 Imò injuriarum actionem iis competere contra Dominos, exemplò
foeminae ancillam honestam vocantis eine Schandhure/ probat *Mev.*
ad Jus Lubec. L. 3. Tit. 8. Art. 10. n. 16. Omnis correctio enim sine
famæ læsione fieri debet.
- 44 Nunc, quò locò mercedes famulorum, Concurſu Creditorum
45 excitatò, referri debeant, brevibus videbimus. Et quidem eas Jur.
Civ. nullum habere eminentius privilegium, sed personale tantum,
ex quo Ministri aliis Creditoribus exæqvati sunt, post hypothecari-
os in Concurſu ponendas esse vult *Mev. ad Jus Lub. L. 3. Tit. 1. Art. 2.*
46 *n. 56.* A quo differt Jus Stat. *Rigenſ. L. 3. c. 10. §. 7.* ubi illis spe-
ciale privilegium concedit, eas expensis funerum subjungendo.
47 Quod privilegium, cum ibi simpliciter mercedi tribuatur, illud non
unius anni mercedi, sicut Jure Lub. v. *Mev. d. l.*, sed omnium anno-
48 rum tributum esse, verba generalia satis superqve indicant. In quo
49 convenit cum Jure Saxon. vid. *Carpz. P. 1. Const. 28. def. 24.* Causas
verò, cur mercedi famulorum meritò jus prælationis præ aliis Credi-
50 toribus competat, refert *Id. P. 3. Dec. 88.* An autem dictò privile-
giò tantum gaudere debeant famuli, qui, mortis vel moti concursus
51 est: Affirmativam tuetur *Dn. Richter.* eamqve ex Jure Saxon. de-
fendit *de Privileg. Credit. Disp. 4. Membr. 3. §. ut Ministri,* quam ta-
men, non ex Jure Sax., sed *ex sola Glossa Germ. art. 22. Lib. 1. des Land-
Rechts/* adjunctà, probari posse, clarè demonstravit, *Dn. Præf. in dictat.*
52 *ad B. Brunnem. Tr. de Concurſ. Credit. c. 5. §. 16.* Negativam verio-
rem putat *Dn. Brunnem. d. Tract. c. 1.* eamqve ob causam in Mar-
53 chicis judiciis quoqve observari asserit. Cui correspondet Jus
nostrum Statut. *d. c. 10. §. 7.* cujus verba generalia der Dienſtbothen
Johu/ ad casus speciales minimè extendenda erunt.

Porro huic privilegio famulos, stipulando usuras, renunciâsse 54
 præsumendos esse per L. 7. §. 2. ff. *Depos. L. 24. §. 2. ff. de Reb. aut. Jud.*
possid. volunt Carpzov. *Const. 28. Def. 33.* aliique à B. Brunnem, in 55
Comment. ad d. L. 7. alleg. Quam sententiam tamen respectu æqui-
 tatis iniquam esse dicit B. Brunn. *d. Tr. de Concurf. Cred. d. c. §. 17.*
 Et hæc hîc dixisse suffieiant, progredimur ad

CAPUT III.

DE SPONSALIBUS, NUPTIIS ET SE-
PARATIONE LIBERORUM.

SUMMARI A.

C onnexio	n. 1	Secus moribus	22
Sponsalium definitio.	3	Moribus correspondent Stat.	23
Sponsalium divisio	4.5.6	Vidua filiam elocans Jur. Stat. Cu- ratoris & propinquorum adbi- bet consensum	24
Quomodo hæc hd. toleretur, re- missivè	7		
Sponsalia in dubio præsumuntur de præfenti	8	Secus Jur. Civ.	25
Sponsalium alia divisio	9	Ipsa vidua Jure Stat. & moribus nubens, consensum Curatorum, & propinquorum adhibere debet	26.27
Sponsalia clandestina sunt illicita, tam de Jur. Com. quàm Jur. Stat.	10.11	Horum consensum Jus. Stat. & in minorenni requirit	28
Sponsalia sequuntur Nuptiæ	12		
Earum requisita	13.14	Non Curatoris, sed Tutoris consen- sus de Jur. Civ. requiritur	29
Servi hodie matrimonium contra- here possunt	15.16	Quid si Parentes consentire nolint	30.31.32
Quorum consensus requiratur ad nuptias	17	Quid si nuptiæ absq; consensu Pa- rentum initæ?	33
Parentum, non tam de necessitate quàm potius de honestate J. Nat.	18.19.20	Moribus sustinentur, si copula ac- cessit carnalis	34.35
Consensus Matris non requiritur Jur. Civ.	21	Consanguinei & affines invicem, matrimonium inire nequeunt	36

<i>Quò gradu prohibeantur nuptia</i>	<i>Differentia Jur. Civ. & Statut.</i>	56
<i>Jur. Civ. & Can. remissivè</i>	<i>In quo partim convenit partim dis-</i>	37
<i>Moribus hodiernis observatur</i>	<i>crepat cum Jur. Lub. 57. & seq.</i>	
<i>computatio Canon.</i>	<i>Separationis liberorum definitio</i>	38-39
<i>Quæ tamen non ubivis nec Jur.</i>	<i>Quæ portio liberis assignanda</i>	60
<i>Stat. attenditur</i>	<i>& seq.</i>	
<i>Matrimonium in gradu prohibito</i>	<i>Vidua non nubens ad separatio-</i>	
<i>contractum, an rescindendum</i>	<i>nem cogi nequit</i>	65
	<i>Quod & ad viduum extendendum</i>	
<i>44. & seq.</i>		66
<i>Computationis graduum, quoad af-</i>	<i>Colligitur Communio bonorum in-</i>	
<i>finitatem, Jur. Civil. nulla fit</i>	<i>ter Conjuges Jur. Stat.</i>	67
<i>mentio</i>	<i>Dirimitur matrimonium divortio</i>	
<i>Sed Jur. Canon. introducta</i>		48
		49
<i>Dissolutò per mortem matrimoniò,</i>	<i>Quæ causa divortii moribus</i>	69
<i>pars superstes tuò secundas in-</i>	<i>Pars deserta matrimonium rursus</i>	
<i>inire potest nuptias</i>	<i>contrahere potest</i>	70
<i>50</i>	<i>Jur. Civ. solvitur matrimonium</i>	
<i>Vidua Jur. Civ. integrum annum</i>	<i>captivitate, non moribus</i>	71
<i>luctus absolvere debet</i>	<i>52</i>	
<i>Jur. Can. planè non luget</i>	<i>Fustigatione ac perpetuâ relega-</i>	
<i>Prærogativam meretur Jus Civil.</i>	<i>tione non tollitur matrimo-</i>	
<i>remissivè</i>	<i>nium</i>	72
<i>53</i>	<i>Pars innocens nocentem sequi po-</i>	
<i>Viri Jur. Civ. non lugent</i>	<i>test, non tamen compellenda</i>	73
<i>54</i>		
<i>Jur. Stat. nec Vir nec femina, an-</i>	<i>Secundas nuptias, vivò relegatò,</i>	
<i>te separationem factam cum li-</i>	<i>contrahere non potest.</i>	74
<i>beris, secundas inire potest nu-</i>		
<i>prias</i>		55

1 **E**fflagitasset quidem ordinis ratio, ut, priusquam ad præsentia descenderemus, pauca quædam de patria potestate in medium adduceremus. Sed, cum de hac nihil planè in Jure Statuario nostro dispositum deprehendamus, meritò eam Juris Civilis dispositioni relinquentes, de Nuptiis agere suscipimus. Quemadmodum verò Sponsalia Nuptias præcedere solent, Francisc. Marti

Decis.

Decif. Tom. 2. Quæst. 757. n. 1. ita quoque Sponsalia prius tan-
 gemus. Ea verò sunt *juxta L. 1. ff. de Sponsal.* mentio & repro- 3
 missio futurarum Nuptiarum, *Marc. d. Quæst. 757. n. 2.* quæ, quam-
 vis olim, stipulatione mediante, contrahebantur, eâ tamen hodiè
 non indigent, vid. Hahn. *ad Wesenb. Tit. de Sponsal. n. 2.* Et licet de 4
 Jure Civili tantùm dentur Sponsalia de præsentì, quæ simul sunt
 spes nuptiarum *per L. 6. ff. de Sponsal.* Jus Canon. tamen *per Cap.*
ult. X. de Sponsal. Sponsalia quoque de futuro introduxit; Hæc 5
 per verba futuri temporis, E.g. ducam Te in uxorem, illa per ver-
 ba præsentis temporis concipiuntur *d. cap. penult.* Breviter: Spon- 6
 salia de futuro sunt instar pacti de vendendo, Sponsalia de præsen-
 ti sunt instar venditionis nudo consensu perfectæ; Nuptiæ verò
 sunt instar venditionis traditione consummatæ. Quomodo mo- 7
 ribus hodiernis toleretur allegata distinctio Sponsaliorum, si sc. illa
 de præsentì explicentur de Sponsalibus sine ulla conditione contra-
 ctis, de futuro verò, ubi sub certa conditione consensus sponsali-
 tius adhuc est suspensus vid. Dn. Præf. *in Annot. ad pr. J. de Nupt.*
 In dubio verò præsumuntur Sponsalia de præsentì *per Cap. 16. X. de* 8
Sponsal. Wesenbec. P. 3. Consil. 102. n. 3. & C. n. 125. n. 16. 18. modò
 tractatio Sponsalitia aliqua insimul accesserit, de quo præjudicium
 vid. ap. Köppen. *in Usu Pract. ad J. L. 1. Obs. 25. n. 32.* Porrò Spon- 9
 salia de præsentì sunt vel publica, quæ cum consensu parentum &
 in præsentia testium contracta, vel clandestina, quæ absque ullis
 testibus *cap. 1. & seq. X. de Sponsal.* vel in præsentia testium quidem,
 sed sine consensu Parentum, inita; Et hæc regulariter sunt illicita 10
 v. Carpz. *Jurispr. Eccles. L. 2. Def. 22.* Jus nostrum Statut. ulterius pro- 11
 greditur, dum Sponsalia Viduæ vel virginis sine consensu Curatorum
 vel propinquorum contracta invalida pronunciat *Lib. 3. c. 1. §. 3.*

Sponsalia ritè celebrata excipiunt Nuptiæ, quæ vel primæ 12
 sunt, vel secundæ, vel ultiores. Circa eas legitimè ineun- 13
 das requiritur personarum contrahentiumabilitas & modus
 contrahendi legitimus *pr. J. de Nupt.* Personæ contrahentes li- 14
 beræ sunt vel servæ, quæ tamen de Jure Rom. non matrimonium,
 sed contubernium contrahunt *L. 2. C. de Incest. Nupt. L. 41. §. 2. de*
Leg. 3. Verùm cum inter hos Jure Canon. matrimonium substi- 15

stat *cap. 1. & t. t. X. de Matrimonio Servor.* multò magis illud procedet hodie, cum Servitus illa Romana plane sublata, de quo præced. cap. Et maxime quoad servos conductitios, cum illi liberi homines sint, cum quo convenit Jus Rig. *d. L. 3. cap. 1. §. 4.* ubi ipsis conceditur libere matrimonium inire, & favore matrimonii etiam ante finitum locationis tempus è famulatio discedere.

17 Modum contrahendi nuptias quod attinet, requiritur non tantùm purus contrahentium consensus, qui solus nuptias facit *L. Nuptias ff. de Reg. Jur. vid. Francisc. Marci Tom. 2. quæst. 701. n. 1. Angl. Celsus Decis. 374. n. 3.* sed præcipuè quoque Parentum: Et quidem de Jure Civ. Patris, partim ob vinculum potestatis, partim, ne ei invito heres agnascatur §. 7. *J. de Adopt.* qui consensus adeò necessarius erat, ut, eò non adhibito, matrimonium esset illegitimum & liberi illegitimi *pr. J. de Nupt. L. 25. ff. d. t. Franzk. Exerc. 2. q. 4. Mæstert. de Justitia Rom. LL. dub. 1. & 2.* Jure naturali verò, consensum hunc non requiri, affirmat Grot. *de J. B. & P. L. 2. c. 5. n. 10.* imò eum non tam de necessitate, ut loquuntur, sed de honestate esse volunt. *Frantz. d. Exerc. quæst. 3.* Quod accuratè satis exprimit Magnif. Dn. Becmanus *in Medit. Polit. Dissert. 7. §. 7.* dicens, quod paternus consensus sit necessarius non quidem ipsis jure proprio, sed auctoritate à Magistratu concessâ, nec naturâ id exigente, sed Juris conditorum voluntate. Hinc Imperat. *in Lum. §. 1. C. de Raptu Virgin.* ait: oportet, ut quicumque Uxorem ducere voluerit, seu ingenuam seu libertinam, secundum nostras LL. & antiquam consuetudinem, parentes vel alios, quos decet, petat. Quod quoque *ex verbis Imperat. in pr. J. de Nupt.* probari poterit, ubi expresse dicit: Consensum Parentum adhibere, *naturalis ratio suadet*, non verò, *Præcipit*, hoc esset de necessitate, illud tantùm de honestate.

21 In Matre verò, cum cesset vinculum potestatis *per §. 10. J. de Adopt.* consensum ejus jus Civile non attendit, nisi certò casu
22 *L. 20. C. de Nupt.* Moribus verò & Ordinationibus Consistoriorum, ob reverentiæ æqualitatem, eò deventū, ut Matris ac Patris consensus æquè de necessitate requiratur. *vid. Joach. à Beust. de Matrim. cap. 47. Joh. Gerh. in Loco de Conjugio §. 80. p. 161. Carpz. Jurispr. Consist. L. 2. Tit. 3. Def. 44. & ab eo allegatos Autores.* Si verò Pater & Mater dissen-

dissentiant, potior adhuc est habenda Patris ratio Carpz. *d. Def. n. 16.*
 Quibus moribus correspondet Jus nostrum Statut. *L. 3. c. 1. §. 1.* cujus 23
 verba expressa sunt. *Heyde annoch lebende Ehe-Leute Mann-und*
Weibes-Bild / etc. Ex quibus videre est, similem potestatem elo-
 candi liberos & Patri & Matri concessam esse, sc. dum uterqve in- 24
 vivis. Quod si verò maritus moriatur, Vidua in elocanda filia
 Curatorum & propinqvorum consensum requirere debet, quod tamen
 à Patre, licet Uxor mortua, exigi nullibi statutum reperimus. Cu- 25
 ratorum verò consensus Jure Civ. non requiritur ad Viduæ vel Virgi-
 nis matrimonium consummandum *per L. Sciendum 20. ff. de Rit.*
Nupt L. in Copulandis 8. C. de Nupt. Joh. Sichard. *ad L. Si pater 4.*
n. 2. & 3. C. de Sponsal. Albericus Gentilis *de Nupt. L. 4. c. 14.* Joh.
 Harprecht. *in pr. Inst. de Nupt. n. 16.* Henr. Arnif *de Conjug. c. 3. Sect.*
11. n. 2. Quodsi filia sit 25. annis minor & Patre orbata, tunc enim
 & Matris & propinqvorum consensum propter sexus infirmitatem,
 adhibendum esse, vult Imperat. *in L. 20. C. de Nupt.* Ast Jure Statut.
 non tantum filia 25. annis minor, sed indistinctè omnis, etiamsi Vi- 26
 dua esset & 40. annum ageret, tenetur Propinqvorum & Curatorum
 consensum adhibere, quique adeò strictè requiritur, ut, eò omisso
 Sponsalia pro clandestinis reputentur *d. §. 3.* In quo conveniunt Or- 27
 dinationes Consistoriorum vid. Dn. Præf. *Annot. ad B. Brunn. Jus Eccles.*
Lib. 2. cap. 16. §. 12. Vulgò quidem asserunt, etiam Jure Justinianeo
 Curatoris Consensum requiri, si virgo Parentibus orbata, juxta *L. 20.*
C. de Nupt. Verùm textus hoc non habet, quod Curatoris Consen-
 sus præcisè exigendus, sed, si ipsa virgo sponsum ex pluribus eligere
 nolit, non ad Curatoris, sed judicis arbitrium recurritur.

Porro differt Jus Statut. *c. l.* in eo, quod minorennis Curato- 28
 ris consensum ad matrimonium legitimè ineundum adhibere teneat-
 tur. Quod secus Jure Civ. cum Curator tantum bonis, non personæ 29
 pupilli datus, censeatur, & sic in alienatione bonorum seu in iis, quæ
 bona concernunt, arbitrium suum interponit. Tutoris tamen consen-
 sum etiam Jure Civ. ad sponsalia requiri verius est, cum hic & personæ
 & moribus præsit *§. 1. J. de Tut. L. Quia persona 14. ff. de Test. Tut.*
v. Carpz. Jurispr. Eccles. L. 2. Def. 46. n. 3. & seqq. Si autem Paren- 30
 tes pertinaciter resistent conjugio liberorum, nec consentire velint,
 causas

causas dissensus sui in Consistorio exprimere tenentur. vid. B. Brun-
nem. *in Fur. Eccl. Lib. 2. cap. 16. §. 5.* quæ si prægnantes fuerint, ad
consentiendum cogi nequeunt, Carpz. *Jurispr. Eccl. L. 2. Def. 52.*

31 Sin secus, ad interponendum consensum cogi possunt à Magistra-
tu, vel Magistratus eorum nomine consensum interponit. Fungitur
enim tunc munere suò Magistratus, cujus expletione Parentes abuti
animadvertit, prout elegantissimè loquitur Magnif. Dn Becman, *in*

32 *Medit. Polir. c. 1.* Eadem quoque, quæ hæctenus de dissensu Paren-
tum dixi, etiam in dissensu Curatorum observanda esse vult Jus Sta-
tut. *Lib. 3. c. 1. §. 3.* Non enim sufficit ad impediendum matrimo-
nium Curatorum dissensus, sed oportet, causas dissensus prægnantes
esse verb. *Die sich dessen aus wichtigen Ursachen verweigern.* Et Carpz.
L. 2. Def. 48. decidit, si Mater cum Tutore in elocatione filix con-
venire nequeant, arbitrio Consistorii rem committendam esse.

33 Lustravimus huc usque, quàm necessarius sit Tutorum, Cura-
torum & Parentum consensus, sed, quid si liberi, neglectò hoc requi-
sitò, nuptias contrahant & consumment, an illæ subsistant, videbi-
mus. Jure Civili eas illegitimas fuisse diximus, Jure Statut. de

34 nuptiis talibus consummatis nihil dispositum reperimus. Eas ta-
men, præcipuè si Copula carnalis accesserit, subsistere moribus,
docet Beust. *de Sponsal. P. 1. c. 14.* Richter *Dec. 8. n. 55. & seqq.* Dn Brun-
nem *in Repet. Paratit. ad Wesenb. de Rit. Nupr. quest. 10.* Multa

35 enim prohibentur ab initio fieri, quæ tamen facta non rescinduntur.
Cap. Quemadmodum X de Jurej. Castrenf. in L. Si convenerit. 36. n. 3.
ff. de Panorm. in C. Significaverunt 36. n. 11. de Test. Harpr. in §. 3. J.
de Excus. Tut.

36 Cum quoque ad matrimonium legitimè contrahendum exigat-
tur, ne consanguinitatis vel affinitatis vinculo juncti invicem copu-
lentur, Leges gradus quosdam introduxere, secundum quos omnis
consanguinitas vel affinitas dijudicanda. Circa eos verò, quomodo

37 tam Jure Civ. quam Canon. computandi sint, cum jam satis perspi-
cuè deductum sit à Carpz. *in Arbor. Consangu.* nos hinc non morabi-
mur. Illud tamen notandum, moribus ho-liernis, in Nuptiis ineun-

38 dis non observari computationem Juris Civ. sed Canon Joach à
Beust. *de Sponsal. Part. 2. cap. 51.* Carpz. *Jurispr. Eccles. Lib. 2. Def. 75.*

n. 14. Kitzel. *Syn. matrimon. c. 3. Theor. 7. lit. F.* Vi cujus matrimo- 39
 nium olim prohibitum fuit usque ad gradum septimum *can. 7. 16.*
19. 41. c. 35. quest. 2. quod tamen postea mutatum, & Innocentius III,
 Pontifex matrimonium inire prohibuit usque ad quartum gradum
 inclusivè *C. 8. & 9. X. de Consang.* Sed hanc computationem non- 40
 ubivis observari, diversorum locorum Statuta testantur. Quod Jus 41
 nostrum Statut. attinet, id tam à Jure Can. quàm à Jure Civ. rece-
 dit, & mediam viam tenens, matrimonium usque ad tertium gra-
 dum lineæ æqualis exclusivè prohibet vid. *L. 3. c. 1. §. 5.* In quo *Jur.*
Sax. correspondet v. *Carpz. Jurispr. Eccles. Lib. 2. Def. 84.* modò 42
 non respectus Parentelæ concurrat, nam hic casus semper exceptus
Carpz. d. L. 2. Def. 77. Imò aliquoties matrimonium etiam in tertio 43
 gradu lineæ inæqualis in Civitate nostra, dispensatione tamen à Con-
 sistorio impetratâ, initum fuisse meminimus.

Ast, quid si matrimonium in gradu prohibito contractum, an 44
 illud rescindendum, quæritur? Quod cum *Carpz. Jurispr. Eccl. L. 2.*
Def. 83. n. 1. & seqq. negandum putamus, probatque *Idem c. l. ex*
Levit. 20. ubi Moses vetat quidem, matrimonia in gradu prohibito
 iniri, attamen de facto contracta & consummata non dissolvit, sed
 tantummodo pœnam addit. Cum quo convenit *Jus Statut. Rig. alleg.* 45
§. 5. ubi transgressoribus severa pœna dicitur, nullâ factâ mentio-
 ne dissolutionis. Notandum tamen, matrimonium inter ascenden- 46
 tes & descendentes consummatum quovis tempore dissolvendum
 esse *Carpz. d. Def. 2.*

Computationem graduum quoad affinitatem quod attinet, 47
 Jure Civ. de ea nihil dispositum, cum eò Jure gradus affinitatis nulli
 dentur *L. 4. §. 5. ff. de Grad. affin.* Affines enim ab invicem non gene-
 rantur. Cessante verò generatione, cessant etiam gradus *Jur. Civ.*
§. 7. J. de Grad. Cogn. Imò *Jus Civile* gradus potissimum numerat
 ob successionem, quæ tamen inter affines cessat. De hac autem, 48
 cum nihil plane in *Jure Statut.* dispositum reperimus, sequimur *Juris*
Can. dispositionem, quod, ad similitudinem Consanguinitatis, gra-
 dus aliquos affinitatis formavit *Carpz. Jurispr. Eccl. Lib. 2. Def. 88.*
n. 10. ita, ut immota ac firma stet Regula: *Gradus prohibiti ratione* 49
sanguinis, prohibiti quoque, ratione affinitatis, idque omni de *Jure Ci-*
vili

vili, Canon. & municipali Carpz. *d. Def. n. 13.* hoc ita generaliter statuente.

- 50 Dissolvuntur autem matrimonia legitimè contracta per mortem naturalem, ubi conjux superstes tutò ac bonâ conscientiâ ad secundas convolare potest nuptias, Balduin. *in Casibus conscient. L. 4. c. 13. Caf. 3.* Hunnius *in Comment. super Matib. c. 19.* Hen. Arnif. *de Jure Connubior. cap. 5. Sect. 3.* Speckhan. *Cent. 2. Quest. Jur. class. 2. qv. 1.* Quod idem & de Jure Civili licere non obscure patet *ex L. Liberatorum 11. §. Pomponius. 2. ff. de his, qui not. inf. & t. t. C. de secundis Nupt.* Integrum tamen annum expectare debet Vidua, priusquam ad secundas convolet nuptias, nisi incommoda maxima subire & inter alia infamiæ notam incurrere velit *per d. L. Liberatorum 11. & L. 2. C. de Secundis Nupt.* ne scilicet feminis fiat confusio *d. L. 11. & publica lædatur honestas Henr. Arnif. de Jure Connub. c. 5. Sect. 4. n. 8.*
- 51 Jus Canonicum verò liberam nubendi facultatem, concedit Viduæ quovis tempore *per Can Euphemium caus. 2. qv. 3. Cap. Super illa. X. de Secund. Nupt. & cap. ult. X. eod.* Juri Civili hac in parte prærogativam præ Jur. Canon. tribuendam esse, non immeritò defendit Carpzov. *in Jurisprud. Eccles. Lib. 2. Def. 159.* nisi certò constet, viduam ex priori marito uterum non gerere, sic enim dispensationi locus. Viri tamen, cum in iis nulla confusio metuenda, nullâ Lege Uxores lugere compelluntur, à secundis nuptiis nihilominus abstinere tenentur, publicâ id svadente honestate, Carpzov. *d. Lib. 2. Def. 160.* ubi simul Legem Prohibitivam in Provinciis Electoratus Saxon. subjungit.
- 52 Jus Statut. Rig. quoad secundas nuptias ineundas nihil speciale constituit. In eo tamen tam à Jure Civ. quam à Jure Canon. recedit, dum disponit, quod neque Viro neque Viduæ matrimonium secundum contrahere liceat, priusquam cum liberis ex priori matrimonio natis diviserit bona. *conf. Jus Stat. L. 4. c. 4. §. 1. & 5.* Illudq; beneficiò inventarii, liberis, Senatui & Curatoribus
- 53 oblati, faciendum *d. §. 5.* Quod secus Jur. Civil. ubi Pater nunquam obligari potest ad inventarium liberis edendum. Heesferus *de Rat. Reddend. Loc. 1. n. 76.* Franc. Calvus *ad L. Si Curatorem. verb. lesis. C. de Integr. Restitut. n. 134.* Quæ si negligantur, interdicitur

aitur ipsi denunciatio Evangelica. v. Jus Stat. c. 1. Quoad hanc separationem convenit Jus Statut. Rig. cum J. Lub. In eo tamen differt, quod juxta nostra Statuta de necessitate bona sint dividenda, secus Jure Lub. v. Mev. ad d. Jus L. 2. Tit. 2. art. 33. n. 84. & 85. Præterea Jure nostro Liberis separandis portio certa assignata. Jure Lubes. quantitas illa incerta maximasque lites creat v. Mev. d. L. 2. Tit. 1. art. 6. §. 48. Et quamvis iniquitate aliqua laborare Statuta, separationem talem urgentia, videantur, ab ea tamen illa absolvit Mev. d. L. 2. Tit. 2. art. 2. n. 8. & seqq.

Cum igitur secundæ nuptiæ absque separatione, uti dictum, contrahi nequeant, paucis, quomodo ea instituenda, hic videbimus. Est autem separatio actus, quò coram Senatu, cum consensu Tutorum & propinquorum, liberis beneficiò Inventarii certa portio à Parentibus assignatur, & hi ita in futurum à successione excluduntur, quæ portio assignata dici solet Ein Ausspruch/ conf. Du. Præf. Vol. II. Disp. XIX. c. 4. n. 35. Diximus, certam portionem à Parentibus liberis assignandam esse, quam, ut eò meliùs proponamus, quatuor casus distingvendi veniunt juxta Jus Statut. Lib. 4. c. 4. Utrum Vir, utrum Uxor decedat: an unus, an plures ex liberis superstites sint. Si Uxor decedat, relicto marito & uno ex liberis, maritus ad secundas nuptias transvolans, infanti tertiam partem omnium bonorum in præsentia propinquorum & Curatorum assignare tenetur, duas partes sibi reservando d. c. 4. §. 1. Si Vir obeat, superstitite Vidua, & ex ea progenitò infante, omnia bona æqualiter dividuntur & quævis capit dimidiam partem. §. 2. Si uxor decedat, relicto pluribus, præter unum, liberis, bona dividuntur in duas partes, unam capit maritus, alteram liberi §. 3. Si Vir moriatur, relicta Conjuge & pluribus liberis, Vidua tertiam, liberi verò duas partes sibi vindicant §. 4. Quæ singula locum tunc demum obtinent, si Conjux superstes secunda inire desideret vota. Quod si verò Mulier nubere nolit, ad separationem cogi nequit per d. L. 4. c. 5. §. 1. modò familiæ cum consensu liberorum & propinquorum præsit. Qui §. licet de sola Vidua loquatur, ad Viduum quoque ob generalitatem dict. §. 1. meritò extendendus est. Omnibus ergò bonis fruitur cum liberis Viduus vel Vidua in eo

Statu permanens. Ex quo luculenter satis patet, Communionem bonorum inter Conjuges Jure Statutario introductam esse, quæ Juri Civ. planè incognita est, in quo convenire videntur Statuta nostra cum Jure Lubec., quam communionem tamen admodum anomalam ac impropriam esse dicit Mey. *ad Jus Lub. L. 1. T. 5. art. 5. n. 25.*

- 68 Præterea dirimitur matrimonium divortio, cujus causæ Ju-
 69 re Civ. variæ fuere *T. T. ff. & C. de Divort. Nov. 22. c. 4. & 5.* Mo-
 ribus tamen hodiernis duæ tantum receptæ Adulterium sc. *Can. 19.*
caus. 32. quest. 5. & Can. Dixit Dominus. 2. caus. 32. qu. 1. cap. Signifi-
 70 *casti. 4. & cap. Ex literis. 5. X. de Divort. & malitiosa desertio, Nov.*
22. cap. 4. 1. Cor. 7. vid. Strauch. *ad Jus Justin. Dissert. 2. th. 26.* In
 quibus casibus, processu legitimè instituto, parti innocenti libera-
 facultas aliud matrimonium contrahendi conceditur Beust. *de*
Matrim. c. 24. Hackelm. *Illustr. Diss. 14. th. 11. arg. cap. Perlatam. 8.*
X. de fil. legit. Quomodo verò processus desertionis legitimè insti-
 tuendus, docet B. Brunnem. *in Jure Eccles. L. 2. cap. 17. th. 27.* Carpz.
 71 *Jurispr. Eccles. lib. 3. def. 58. & sequ.*

- Captivitate quoq; olim solvebatur matrimonium *L. 1. ff. de*
divort. L. 17. L. 12. §. 4. de Capt. & Postlim. Contrarium verò mo-
 res hodierni introduxere & subsistit conjugium, quò usque de mor-
 te non constat. Quod & procedit, etiamsi quis à Turcis captus,
 72 quia ille ratione nostri servus non fit. Vid. Dn. Præsid. *Dictata ad*
Strauch. Jus Justin. d. Dissert. 2. th. 28. Fustigatione cum perpetua
 relegatione, quæ Roman. deportationi comparatur, an tollatur ma-
 trimoniū, hîc subjungemus. Quod negandum esse putamus, cum cau-
 73 sa minimè sufficiens ad dissolutionem sit, & Conjugum alter alte-
 rius casus particeps esse debeat *L. 22. §. 7. ff. de Solut. Matrim.* Hinc
 pars innocens nocentem relegatam sequi tenetur, ad quod tamen
 non compellenda, sed ratio liberorum & familiæ habenda Carpz.
 74 *Prax. Crim. quest. 130. n. 45. & seq.* secundas nuptias tamen inire,
 vivâ adhuc relegatâ, innocenti nullò modò permittitur, & ita *in*
Consistorio Rigenf. ante aliquot annos pronunciatum meminimus,
 In quibus, cum Jus Statut. nihil speciale constituat, hîc acquie-
 scimus.

CAPUT IV. DE TUTELA ET CURATELA.

S U M M A R I A.

C onnexio.	n. 1.	Licet liberi sint separati.	23
Tutela divisio.	2.	Tutela dativa definitio.	24
Testamentaria est preferenda.	3.	Quinam dari possint Tutores.	25
Ejusdem definitio.	4.	Excipiuntur, milites debitores.	27
In imperfecto testamento non va- let Tutoris datio.	5. 6. 7.	Ad qua obligetur Tutor.	30
Different. Jur. Civ. & Stat.	8.	Actus, Magistratus & Tutoris auto- ritate gestus, quomodo irrevoca- bilis.	31
Mater Jur. Civ. liberis Tutorem dare nequit.	9.	Quomodo finiatur Tutela.	33
Differentia Jur. Civ. & Stat.	10. 11.	Moribus continuatur Tutela cum Curatela.	34
Qui Tutores dari possint ?	12.	Curatela definitio.	35
Civis ex altera Civitate Testamentó Tutor dari potest.	13.	Jur. Civ. & Statut. consonantia.	36
Differentia Jur. Civ. & Statut.	14.	Quibus dentur Curatores.	37
Legitima Tutela immediatè defer- tur agnatis.	14.	Different. Jur. Civ. & Statut.	38.
Differentia Jur. Civ. & Statut.	15.		& seq.
Deferebatur olim solis agnatis, ex- clusis cognatis, qua differentia hđ. sublata.	16.	Minor sine Curatoris consensu con- trahere nequit.	40. & seq.
Jur. Statut. convenientia.	17.	Minor hujus consensum tantum in actibus inter vivos, non autem in ultima voluntate adhibet.	41
Defertur solus masculis exceptá Matre & Avia.	19.	Differ. Jur. Civ. & Stat.	42
Mater & Avia Jur. Stat. Rig. etiam ad Tutelam admittenda.	20.	Alia differentia.	43
Defertur quoq; Patri.	21.	Alia differentia.	44. & seq.
Concordat Jus Statut.	22.	Quomodo finitur Curatoris offi- cium?	46

- H**Actenus de personis alieni juris, sequuntur sui juris, quæ
juxta Imperat. pr. 7. de Tut. sunt vel in Tutela, vel in Cura-
 ratione, quædam neutro jure tenentur; videamus itaque de his,
 quæ in Tutela vel Curatione sunt. Quod Tutelam attinet, defertur
 illa vel Testamento vel Lege vel à Magistratu: hinc triplex quoque
 Tutela, Testamentaria, Legitima & dativa. Primò ergò omnium locò
 ponenda testamentaria, cum provisio hominis faciat cessare pro-
 visionem Legis *Nov. 22. c. 2. & L. fin. C. de Pact. Convent.* Est verò
 testamentaria Tutela, quando Parentes liberis impuberibus in po-
 testate constitutis §. 3. *7. de Tut.* Testamento vel Codicillis testa-
 mentò confirmatis *L. 3. princ. ff. de Test. Tut.* constituunt Tutores
 In imperfecta enim seu non solenni ultima voluntate non valet Tu-
 toris datio, nisi accesserit Judicis confirmatio *L. 2. C. de Confirm. Tut.*
 Quod & ad Testamentum Patris inter liberos extendunt, ut nec ibi
 valeat sine confirmatione Sichardus *ad L. 21. §. Imperf. C. de Test.*
 Carpz. *L. 2. Resp. 85. n. 7. & seqq.* (Quod secus in testamento per-
 fecto, ubi Tutor nullà indiget confirmatione Franc. Nigr. Cyriac.
Lib. 2. Contr. 280. n. 20. licet Jure Imperii id necessarium videatur
per Reform. Pol. de Anno 1577. Tit. 32. ubi generatim exigitur Ma-
 gistratus Decretum.)
 Diversum obtinet Jur. Statut. Rig. *Lib. 3. c. 4. §. 2.* ubi simpli-
 citer Parentibus, etiam sine Testamento, conceditur facultas liberis
 suis Tutores constituendi, neque exigitur ulla confirmatio Judicis
d. c. 4 §. 2.
 Diximus de Jure Civ. eum tantùm Tutorem dare posse, qui li-
 beros in potestate habet, quâ ratione excluditur Mater, nisi eos
 simul heredes instituere velit. *per L. Pater 4. ff. de Test. Tut. & Ma-
 gistratus præviâ inquisitione eos confirmet d. L. 4. L. 69. §. 2. de
 Leg. 2. L. 2. C. de Conf. Tut.* Quæ specialia tamen non attendit Jus
 Statut. Rig. c. l. ubi simpliciter etiam Matri Tutorem constituendi
 potestatem concedit, quod verba generalia: *Wess einer oder beyde
 Eltern &c.* perspicuè satis indicant: Qui nec confirmatione indiget,
 cum simpliciter dicatur *d. §. 2.* Die sollen Vormünder seyn.
 Tutores dari possunt omnes, cum quibus est testamenti factio
*L. 21. ff. de Test. Tutel. sive Patres sive Filii familiâs printip. 7. Qui Tut.
 dar.*

dar. poss. L. Lucius 21. de administrand. Tut. Et quamvis de Jure Ci- 13
vil. Testator alterius Civitatis Civem Tutorem testamentò dare
possit *L. 32. ff. de Testam. Tut.* illud tamen non admittit Jus Statut.
Rig. in quo constitutum, ut nemo ad Tutelam vocetur, nisi sit Civis
vel Incola, qui contributiones præstat aliaque onera fert vid. Stat.
Rigenf. *Lib. 3. cap. 4. §. 6.* Ergò & Testatori hæc facultas denegata
videtur.

Ilâc testamentariâ Tutelâ deficiente, locus fit legitimæ, quâ 14
immediatè citra factum hominis proximo agnato Tutela defertur,
illudq; ex æquissima hac ratione *in L. 1. princ. ff. de Legit. Tut.* alleg.
ut, *ad quem successionis spectet commodum, ad eum etiam onus Tu-
tela.* In quo tamen differt Jus Statut. Rig. *d. Lib. 3. c. 4. §. 2.* ubi 15
tunc demum proximi agnati vel cognati admittuntur, si à Senatu ad
Tutelam suscipiendam electi, adeò, ut juxta dicta Statuta ita con-
cinnanda Regula: *Cuiuscq; proximo agnato Senatus Tutelam defert,*
ille Tutor est. Deferebat hanc olim L. XII. Tabb. solis agnatis ex- 16
clusis cognatis, sed hodie sublatâ, tam quoad successionem quàm
quoad Tutelam, differentiâ inter Agnatos & Cognatos *per Nov. 118.*
cap. 5. utriusque ea deferri potest. Cum quo conveniri videntur Stat. 17
Rigenf. *c. 1.* ubi simpliciter vocabulum *die Anverwandten* habetur,
sub quo & agnati & cognati communiter venire solent. Exceptio 18
tamen adhuc hodiernum quoad bona feudalia obtinet, ubi soli
agnati Tutores, quia soli Successores vid. B. Brunnem. *in Comment.*
ad Auth. Sicut C. de Legitim. Tutor.

Et quidem masculis tantùm non fœminis *L. 2. ff. d. R. 7. Ma-* 19
ire & aviâ exceptis L. 2. 3. Quid. mulier Nov. 22. cap. 46. Nov. 115.
c. 5. Quæ Tutelam non vi successionis, sed ex præsumpta singu-
lari pietate & affectione erga liberos suscipiunt *Decius Consil. 16.*
n. 1. & seqq. Cornæus L. 3. Consil. 101. An autem Jur. Stat. Rig. Ma- 20
ter & Avia ad Tutelam admittantur, dubito: cum ipsemet Cura-
toribus in multis negotiis expediendis indigeant. Verùm, cum
idem Jure Saxonico obtineat, & tamen Mater ad Tutelam vocetur
Carpzov. *P. 2. C. 11. d. 11. n. 7.* nec Jure Rigenfi eam excludendam
existimo.

Vocatur præterea ad legitimam Tutelam ipse Pater *t. t. 7. de* 21
Legi-

- Legitima Parent. Tut.* hinc & in foro, quando Pater nomine filii respectu bonorum maternorum agit, dici solet: *Es erscheinet Tirius in natürl. Vormundschaft seines Sohnes* vid. Dn. Præses *Ann. not. ad d. Tit. Inst.* Cui respondet Jus nostrum Statut. *Lib. 3. cap. 4. §. 1.* ubi permittitur, ut quivis honestus & prudens Vir ipse Tutor suorum liberorum esse possit. Sed, si liberi separati, num & tunc Pater ad Tutelam admittendus? Quod utiqve affirmandum *per expressum textum* in Stat. nost. *Lib. 4. c. 4. §. 3.* Separatio enim effectum patriæ Potestatis minimè tollit.
- 24 Demum succedit Tutela dativa, quam Magistratus constituit *§. 4. J. de Attil. Tut.* idqve vel ex officio, vel ad petitionem eorum, qui successionem sperant *L. 8. C. Qui pet. Tut. L. 2. §. 2. ff. eod. L. 2.*
- 25 *§. Si Mater 23. & seqq. ad SCt. Tertull. §. 6. J. eod.* Dari verò possunt omnes, qui Judicis dantis Jurisdictioni subsunt *L. 3. ff. de Tut. & Curat. dat. L. 5. C. Qui dar. Tut. L. 1. in f. de Tut. & Cur. dat.*
- 26 *§. 4. J. de Attil. Tut.* non autem extranei, nisi æqvè idonei non sint domi Wesenb. *Part. 1. Consil. 35. n. 17.* cum quo convenit Jus Rig. *d. §. 6.* ubi Tutoris officium suscipere debent Cives h. e. Magistratus seu Senatus Jurisdictioni subjecti. Excipiuntur Jure Comm. milites *L. 4. C. qui dar. Tut. l. Curat.* Creditores ob metum, ne apochas, semel forsan solutæ pecuniæ probationem, intercipient atqve supprimant *Nov. 72. c. 4. Auth. Minoris Qui dar. Tut. l. Curat.* Imò & Debitores pupilli, ne ansam capiant Chirographa, instrumenta aut alias probationes subtrahendi *d. Nov. 72. c. 1. Guttiretz. de Tut. & Curat. Part. 1. c. 20. n. 2. & seq. Rol. à Valle. Lib. 1. Conf. 183. n. 4.*
- 29 Conf. Strauch. *Jus Justinian. Dissert. 5. th. 14.* In quibus casibus tamen etiam tam Creditores quam Debitores interdum admittantur exhibet Carpz. *Part. 2. Decis. 19.*
- 30 Delatam itaqve atqve legitimè susceptam Tutelam sequitur ejus administratio, ubi obligatur Tutor, ut rectè tum personam pupilli gubernet, tum etiam res ejus administret v. *T. T. de administ. Tut.* omniaqve ad pupilli utilitatem dirigat *Mev. P. 3. Decis. 32. n. 4. & Decis. 189. n. 10.* deinde negotiis pupilli assistat seu auctoritatem pupillo præstet vid. *T. T. ff. & Inst. de autorit. Tut. X.* Et quamvis Jur. Stat. Rig. *d. L. c. 4. §. ult.* actus accedente Magistratus & Tutoris auctoritate

toritate gesti pro validis & irrevocabilibus pronuncientur, non tamen puto, hinc excludenda esse remedia, quæ Jur. Comm. etiam ipsis majorennibus patent, unde tali casu, si enormis læsio concurreret, non denegandū esset minoribus remedium *L. 2. C. de Rescind. vendit.* Decretum enim Magistratus excludit quidem læsionis præsumptionem, non tamen ipsam læsionem. Plura hinc, quoad administrationem Tutelæ, ex Jure nostro Statut. allegare non licet, cum Tutorum instructio Rigenſis die Vormunds-Ordnung Anno M D XCI. revisa & publici juris facta, cujus mentio fit in Statutis *d. c. 4. §. 2.*, mihi ad manus non sit.

Finitur tandem Tutela pubertate pupillorum *pr. J. quib. mod. Tut. fin.*, morte vel Tutoris, vel pupilli *§. 3. J. d. t. capitis deminutione d. §. 3.* remotione suspecti *§. ult. d. t.* Circa hæc, cum nihil plane Jus Statut. proponat, nos solliciti non erimus. Finitam Tutelam excipit Curatela: Moribus verò plerorumque locorum continuatur potius cum Tutela Curatela, ita, ut ille, qui Tutor fuit, & Curator esse debeat, negotiaque cœpta continuare, donec ad plenam pubertatem pupillus pervenerit. Est verò Curatela, quando ob ætatem Curatores dantur minoribus, donec ad XXVI. ætatis annum pervenerint, non tamen invitis, præterquam in litem *§. 2. J. de Curat. L. 13. §. f. ff. de Tut. dat. L. 2. §. 5 ff. qui pet. Tut. L. 6. C. cod. L. 2. C. qui legit. person. stand.* Et quamvis per LL. Imperii, etiam invitis Curatorem dari posse, non obscurum sit *ex Reform. Polit. d. anno 1577 Tit. 32.* Statuta tamen Rigenſ. *Lib. 3. d. c. §. 5.* cum Jur. Rom. conveniunt, ubi minoribus, qui sobriè res suas administrant, Curator non datur, sed tantum res suas perdentibus. Datur quoque Curator ob vitium animi ex *L. XII. Tabb. furiosis*, & qui ipsi rebus suis præesse nequeunt *§. 3. & 4. J. de Curat.* cum quo convenit Jus nostr. Stat. *d. Lib. c. 4. §. 3.* Et cum de Jure Civili, ob spem successione, furiosorum Tutela ipsò jure deferatur ad proximos agnatos, *Donnell. L. 3. c. 19. Strauch. ad Jus Justin. Dissert. 5 §. 33. in fin.* ita, ut eadem ratione, quâ in Tutela, proximus in Successione proximus sit in Curatela; Fallit tamen hoc, quoad Statut. *Rig. Lib. 3. cap. 4. §. 3.* ubi quidem & proximi agnati Curatores esse permittuntur, sed non ipsò jure, verum eligente & Curatelam deferente Magistratu, quod verba dicti *§.* sollen vorgeſetzt werden indicant.

- 40 Porro cum officium Curatoris sit, ut bona administret minoren-
 41 nium, non licebit minori sine consensu Curatoris, quem habet,
 42 contrahere *L. 3. C. de in Integr. restitut. L. 16. de Mi. or.* Quamvis in iis
 casibus, in quibus conditionem suam meliorem reddere possit, con-
 sensum Curatoris exigere non teneatur. Non enim ipsi cedere debet
 in nocumentum, quod in illius favorem introductum *per L. Quod*
 43 *favore 6. C. de LL.* Sed hunc consensum minor tantum in Con-
 tractibus, seu actibus inter vivos adhibere tenetur; quod si verò in
 testamento minor de bonis suis disponere velit, libera facultas,
 modò 14. sit annorum, ei conceditur *Wesemb. Part. 3. Conf. 107. n. 25.*
 44 In quo tamen differt Jus Statut. *Lib. 3. c. 4. §. 4.* ubi etiam in ipso
 Testamento Minor 18. ann. & puella 14. ann. Curatoris consensum exi-
 45 gere tenetur, de quo cap. VI. pluribus agemus. Neque de Jure Civ.
 46 in ineundis nuptiis Curatorum consensus requiritur, quod secus Jure
 Stat. *uti dictum cap. preced.* Neque Jure Civ. Curatores Mulieribus,
 in judicio rem suam persequentibus, adstare debent, Jure Statut. ta-
 men sine iis Mulier non admittitur *v. Stat. Rig. L. 2. c. 6. §. 2.* de quo
 pluribus *cap. ult.* nobis agendum erit.

Finitur Curatoris officium, quoad minores, cum hi ad eam
 ætatem pervenerint, ut sibi bonisque suis sufficienter consulere pos-
 sint, vel si veniam ætatis à Principe impetraverint *t. t. C. de his, qui ven.
 atat. & c.* Quoad furiosos, si sanitatem receperint, de quo tamen
 cognoscere & decernere debet Judex seu Prætor, Sande *de probat. rer.
 alien. Part. 2. c. 1. n. 7. Vinn. de Pañ. c. 4. n. 11.* Plura subjungere,
 cum Statuta speciale nihil proponant, hinc necesse non erit.

CAP. V. DE ACQUIRENDO RERUM DOMINIO.

SUMMARI A.

<p>Connexio. Quid rei nomine veniat. Res quotupliciter sumatur.</p>	1. 2. 3.	<p>Quibus modis dominium acquiratur. Recensentur occupationis species.</p>	4. 5.
--	----------------	---	----------

<i>An res inventa Inventoris fiant.</i>	6.	<i>Differ. Jur. Civ. & Stat.</i>	44
		<i>& seq. Qua res in dotem dari possint</i>	<i>Jur.</i>
<i>Res inventa, si de Domino non con-</i>		<i>Civ.</i>	45
<i>stet, cui adjudicanda.</i>	11	<i>Qua Jur. Statut.</i>	46
<i>Res in mari ejecta, ad quem perti-</i>		<i>Fidejussor pro solvenda dote inter-</i>	
<i>neant ?</i>	12. & seq.	<i>venire potest.</i>	47
<i>Different. Jur. Civ. & Statut.</i>	14.	<i>Fidejussor talis intra biennium con-</i>	
		<i>conveniendus Jur. Statut.</i>	48
<i>Traditione transfertur dominium.</i>		<i>Fidejussor pro restituenda dote in-</i>	
	19	<i>tervenire nequit.</i>	49
<i>Jur. Stat requiritur judicialis assi-</i>		<i>Limit.</i>	50
<i>gnatio.</i>	20	<i>Qua actio Uxori pro repetenda do-</i>	
<i>Effectus hujus assignationis.</i>	21	<i>te competat.</i>	51. & seq.
<i>Modi acquirendi de Jur. Civ.</i>	22	<i>Jur. Civ. & Statut. differ.</i>	52
		<i>& seq. Morgengaba definitio.</i>	54
<i>Usucapionis definitio.</i>	24	<i>Ejus quantitas.</i>	55
<i>Tempora prescriptionum tam Jur.</i>		<i>Qua Mulieri observanda.</i>	56
<i>Civ. quam Statut.</i>	25. & seq.	<i>In concursu Creditorum quò loco</i>	
<i>Differ. Jur. Civ. & Stat.</i>	31. & seq.	<i>hac collocanda.</i>	57
<i>De donatione.</i>	34	<i>Mulier eam caput plenò jure.</i>	58
<i>Differ. Jur. Civ. & Stat.</i>	35. & seq.	<i>Morgengaba commodum & in-</i>	
<i>An donatio, quam Mulier morti vi-</i>		<i>commodum.</i>	60
<i>cina facit, Donatio M. G. dici</i>		<i>An hæc Statut. constitutio per</i>	
<i>possit.</i>	39	<i>pacta mutari possit.</i>	61. & seq.
<i>De donatione inter vivos.</i>	40	<i>De acquisitione incorporalium alia-</i>	
<i>Differ. Jur. Civ. & Stat.</i>	41	<i>rumq; rerum remissivè.</i>	66
<i>Pater filiam dotare tenetur.</i>	43		

DE jure personarum huc usq; egimus. Perlustremus nunc, quid obtineat ratione rerum; Est enim res secundum Juris objectū *L. i. ff. de Stat. homin.* vel potius alterum membrum, circa quod se-
 exerunt negotia Civilia, Justitiæ regulis applicanda. Ejus nomine ²
 verò hic venit omne id, quod sui naturâ habile est, ut possit in bonis

nostris esse, licet ob certam qualitatē non semper in iis sit *L. 5. de V. S.* vid. *Dn. D. Hoppe Exam. Instit. Imperial L. 2. Tit. 1. quest. 2.*

3 Hoc jus rerum sumitur communiter dupliciter, vel quatenus est in re, vel quatenus est ad rem. Jus in re est, ubi res ipsa nobis devincta, non verò persona, nisi quatenus eandem rem possidet vel detinet. Cujus species vid. apud *Struvium in Synagm. Jur. Civ. Exerc. 3. Th. 88.* De Jure verò ad rem commodius *Cap. VII.* agi licebit.

4 Acquiritur nobis jus in re, seu dominium, modis ad illud transferendum habilibus, qui alii sunt Jure Gent. alii Jure Civ. Modi transferentes dominium Jure Gent. referri possunt ad Occupationem, Accessionem & Traditionem. Qui priores duo modi Græcio *de J. B. & P. L. 2. c. 3. th. 1.* dicuntur Originarii, posterior verò derivativus, conf. *Pufend. de J. Nat. & Gent. L. 4. c. 6. §. 1.* Occupationis tres constitutæ species, *Venatio §. 12. J. de R. D. Captivitas, §. 17, & Inventio, §. 18. d. 1.* De duobus prioribus speciebus Jura Statut. nihil speciale proponunt, hinc eas Juris Civil. dispositioni relinquimus.

6 Quod tertiam attinet, inventionem sc., acqviiebantur vi hujus olim lapilli, gemmæ & cætera, quæ in littore maris reperiebantur *§. 18. J. d. R. D. L. 1. §. 1. de Acquir. vel amitt. possess.* Hodie verò, uti jus in littoribus quodammodo ad Regalia refertur, vid.

7 *Stypman. de Jure Marit. Part. 2. c. 4. n. 111.* & *Struv. Synagm. Jur. Feud. cap. 6. Aphor. 7. n. 11.* ita etiam ea, quæ in littoribus apprehenduntur, causamq; hujus exactissimam reddit *Grot. de J. B. & P. Lib. 2. cap. 8. th. 5.* Et clarissimum exemplum extat in Borussia quoad succinum. vid. *Preuß. LandR. Lib. 3. Tit. 1. art. 3. §. 3.* Aliæ verò

8 res inventæ, etiamsi de Domino non constet, non statim inventoris fiunt, *per §. 47. J. de Rerum divis.* cum incertum, an pro derelicto habitæ, & in dubio nemo præsumatur rem suam jactasse, *per L. Cum de Indebito 25. pr. ff. de Probat.* *Francisc. Marc. Decis. Tom. 1. quest. 1125. n. 1.* Imò si inventor talem rem repertam lucri causâ

9 detineat, furtum committit, licet rei Dominus ignotus *per L. 43. §. 4. ff. de Furt.* Nam, si quid invenisti, & non reddidisti, rapuisti, ut loquitur Pontifex *in Can. Si quid caus. 14. qv. 5.* cum quo convenit Jus Statut. *Rigens. Lib. 3. cap. 17.* ubi expressè dicitur, wâte er

10 vor eluen ungerethen Mann zu halten. Re itaque inventâ, publicè,

vel

vel juxta nostra Statuta, Prætori id significandum, ut Dominus, qui rem amisit, ejus notitiam consequi, & qualitate rei prius descriptâ, eam sibi vindicare possit *Tabor de Furtis Racem. 2. tb. 36.* Obligatur enim is, qui rem alienam in sua potestate habet, efficere, quantum in se est, ut in veri Domini potestatem rursus veniat. *Grot. de J. B. & P. Lib. 2. cap. 10. tb. 1. n. 2.* Cui verò res illa, si Dominus eam non repetat, adjudicanda? *Jure Statut. Rig. nihil hac de re decisum: Pauperibus eam distribuendam esse volunt Can. fin. caus. 14. quest. 5. Auth. Omnes peregrini, Commun. de Success. Molina de J. & J. Tr. 2. Disp. 53. n. 7. Gomez. Tom. 3. Resolut. c. 5. n. 2. Jure Sax. duas partes capit fiscus, tertiam inventor, Carpz Part. 2. Const. 3. Def. 15. & Part. 3. Const. 31. Def. 18.*

Cum de inventione hîc agimus, brevibus subjiciemus, ad quem res navis levandæ causâ ejectæ pertineant. De Jure Civil. certum est, nullum jus inventori in iis acquiri, cum voluntas Domini rem pro derelicto habendi cesset; quæ aliàs necessaria, per §. 47. J. de R. D. Nemo enim in necessitatibus liberalis præsumitur *L. 18. ff. de Adim. l. transfer. leg.* Attendendum tamen Jur. Civ., utrum in medio vastissimi maris res ejectæ, ubi cum præsumatur animus derelinquendi *Menoch. Lib. 5. Præsumt. 30. n. 18.* non immeritò res inventori adjudicanda erit, & ita explicanda *L. 43. §. pen. ff. de Furt. vid. Dn. Præsid. Annot. ad §. 47. J. de R. D.* In quo tamen dissentiunt Statut. Rig. quæ nulla bona naufragorum quocumque locò ejecta fuerint, inventori tribuunt. *Εὐρησῆν* tamen seu inventionis præmium ei concedunt, hac sub conditione, ut si res ejecta in littore inventa & à vero Domino, rei qualitate descriptâ, repetita fuerit, inventori æquum concedatur præmium. Quod si verò res in medio maris, ubi profunditas explorari non potest, capiatur, capienti quarta pars adjudicatur, vid. Statut. Rig. *Lib. 5. c. 5. §. 5.* Quoad dictum *Εὐρησῆν* Statut. nostra rursus differunt à Jure Civ., ubi inventori non licet præmium poscere, oblatum tamen acceptare non prohibetur, *L. 43. §. 9. ff. de Furt. conf. L. 15. de P. V.* nisi in rem inveniendam operam impenderit. Quæ poenâ verò illi, qui res ex naufragio ablatas celant, afficiendi, vid. *L. 18. cum Auth. Navigia, & ibi Sichardus C. de Furt. Jure Statut.*

Rigenſ. furibus æquiparantur *d. §. 5.* & ſic ſimili quoque cum furibus poenæ ſubjacebunt.

- 19 De altero modo acquirendi, Acceſſione ſc., cum Jur. Stat. nihil ſpeciale ſibi conſtituere, in diſpoſitione Jur. Civ. acquieſcentes, ad tertium modum acquirendi, Traditionem nos conferimus: Vi cujus res corporalis ab illo, qui jus & animum habet transferendi ex juſta cauſa, in accipientem transfertur, *§. 40. J. d. t.* Si itaque, juxta hujus definitionis requiſita, res tradatur, ſemper pleniffimè transfertur dominium, *per L. Traditionibus. 20. C. de Pact.* Nihil enim naturali æquitati magis conveniens, monente Imperat. *d. §. 40.*,
 20 quàm voluntatem Domini ratam haberi. Jure noſtro Statut. ſola traditio non ſemper ſufficit, ſed diſtingvendum; utrum res mobilis, utrum immobilis tradatur. Ad illius dominium transferendum ſufficit nuda traditio, illa verò ſeu res immobilis judicialem aſſignationem, die *Gerichtliche Auflassung/* requirit, v. Jus Stat. *L. 3. c. 11. §. 6.* quæ Jur. Civ. planè incognita & hac in parte ab eo differt; convenit tamen cum Jur. Sax. vid. *Carpz. in Proc. T. 25. art. 5. n. 40.* Effectus hujus judicialis aſſignationis quoque inſignis eſt, dum annò & die à facta aſſignatione præterlapſò, emens planè ſecurus, adeò, ut res ipſi nullò modò amplius evinci poſſit. *d. §. 6. Stat. Rig.*

- 22 Et hæc de modis acquirendi Jure Gentium ſufficiant. Jure Civ. ſunt, vel univerſales vel ſingulares *§. ſin. J. per quas perſ. cuiq; acquir.* Illius quatuor conſtituuntur ſpecies: Hereditas, bonorum poſſeſſio, arrogatio & addictio bonorum libertatis cauſa, *d. §. f.* Hujus itidem quatuor: Uſucapio, Donatio, Legatum & Fideiſcommiſſum. Uſucapio eſt adjectio domini per continuationem poſſeſſionis temporis Lege definiti *per L. 3. ff. de Uſurp.* Ratio hujus introductionis conſiſtit, partim in Reipublicæ utilitate, ne dominia rerum in incerto eſſent. *princ. J. de Uſucap. & Preſcript. L. 1. ff. d. t.* partim, quò Dominorum negligentia puniatur, *L. 28. d. V. S.* Nos, miſſis uſucapionum requiſitis, utpote vulgò notis, & per Statuta Rigenſia non mutatis, ad tempora præſcriptionum nos conferimus.

- 25 Præſcribuntur verò res mobiles trienniò *pr. Inſt. d. t. L. un. C. de*

de Usucap. transform., res immobiles decenniò, inter præsentès; inter abfentes, vicenniò *d. pr.* Præfens autem intelligitur, qui in eadem Provincia domicilium habet *L. fin. C. de Præfcript. long. temp.* vel hodie sub eodem Judice Harprecht *ad J. d. t. n. 6.* vid. Bachov. *ad Treutl. Vol. 2. Diff. 2. tb. 4. lit. H.* Quemadmodum verò Jure 27
 Civ. tempus præfcriptionum maximè variat, ita, ut tridui *L. 3. C. de Error. Advocat.* 30. dierum *L. 14. §. 4. C. de non numer. pec. unius anni L. 5. C. de Injur. biennii L. fin. C. de dol. mul. t. t. J. de Lister. obligat. quinquennii L. 8. §. ff de inoffic. testam.* vid. Dn. Strauch. *ad Jus Justin. Dissert. 8. tb. 21.* imò & 100. annorum in præfcriptione immemoriali Conf. Dn. Præf. *Colleg. publ. de Præfcript. action.* Ita & 28
 noftrò Jure Statut. varia præfcriptionum tempora conftituta reperimus, ut unius noctis, in eqvo emto, additò solidò *Gottes. Pfennig v. Lib. 3. c. 11. §. 3.* biennii in fidejuffore, qui pro dote folvere da interceffit, v. Stat. Rig. *L. 3. c. 2. anni & diei.* in re immobili vendita & judiciali affignatione confirmatâ vid. Statut. *L. 3. cap. 11. §. 6.* Jura realia, Jure Civ., ut Servitutes, præfcribuntur longò 29
 tempore *L. pen. C. de Servit.* In quibus Jus noftrum Statutarium nihil fpeciale habet. Quod actiones, tam reales quam personales, 30
 præfcribendas attinet; Reales præfcribuntur Jur. Civ. decenniò vel vicenniò *L. 7. C. de petit. hered.* Personales verò, & omnes illæ rea- 31
 les, quæ propter defectum bonæ Fidei & Tituli non poffunt longò tempore præfcribi, ut & mixtæ, longiffimò præfcribuntur, 30. fc. ann. *L. Sicut 3. C. de Præfcript. 30. vel 40. ann.* Sic petitio hereditatis 30. demum annis præfcribitur *d. L. 7. Balb. de Præfcript. P. 4. princip. 4.* vid. B. Brunnem. *in Comment. ad d. L. 7.* In quo tamen differt Jus 32
 noftrum Statut. ubi huic actioni intra annum præfcribitur. Nam *in Lib. 4. cap. 7.* præcipitur, ut omnis hereditas, fub Civitatis Jurisdictione fita, intra annum petatur, eò verò præterlapfò, jure Caduci à Civitate vindicari poffit. Diximus, actioni personal. Jure Civ. 33
 præfcribi 30. annis. Sed contrarium Jura Rigens. recepere *Lib. 3. cap. 6. §. 3.* ubi debitum ex nudo chirographo, vel ex rationibus, poff mortem debitoris, intra annum & diem, ab heredibus petendum, quò elapfò, Creditor non amplius auditur. Nifi docere poffit, fe ob amicitiam heredes convenire noluiſſe *d. §. 2. Et d. cap. 6.*

§. 3. disponunt Statuta, ut, si quis exteri cujusdam defuncti heredes, in Civitate Rig. viventes, wegen einer Wiederlage einer geführten Societät halber/ oder auch umb einer Brüderl. Erbschickung/ convenire velit, ille intra dimidii anni & diei spatiū per judiciale instrumentū, ex Civitate, in qua uterq; natus, justitiā causæ probare debeat, quò terminò neglectò, defuncti heredes itidē ab omni conventionione liberantur.

34 Alter modus acquirendi singularis de Jur Civ. est Donatio, *pr. J. de Donat.* quā juxta *Zœf. ad Tit. de Donat. n. 33.* quis, nullò jure cogente, ex sola animi benignitate alteri quid promittit vel remittit.

35 Est verò donandi licentia Jure Civili libera, præsertim si mortis causâ fiat. At Jure Statut. Rig. facultas hæc donandi strictioribus limitibus circumscripta & nimium à Jure Civ. recedit. Non enim licet aut per Legata aut in Testamento relinquere res immobiles hereditarias, vid. *Lib. 3. c. 4. §. 4.* aut aliò modò eas alienare, *d. Lib. c. 11. §. 4.* multò minus ergo licebit, eas mortis causâ donare, nisi heredum consensu id fiat, *d. cap. 11. §. 4. & eod. Lib. cap. 16.*

37 §. 2. Permittitur tamen Uxori morti vicinæ, auff ihrem Stiech- Wette/ vivò mariò, cum quo liberos procreavit, sua vestimenta quotidiana & vilem suppellectilem donare, ornamenta muliebria tamen legitimis heredibus relinquere tenetur, *d. l. 3. cap. 16. §. 1.* quod

38 secus Jur. Civil. Si verò juxta Stat. nostra consentiat Maritus, & alia bona alienandi seu donandi facultas mulieri conceditur *per d. cap. 16. §. 2.* Quod tamen ad bona immobilia hereditaria minimè extendendum, quippe quæ, uti dictum, sine consensu heredum, omni alienationi exempta, vid. *d. §. 2.* Jus enim statutarium strictè semper interpretandum, *c. 28. X. de R. J. in 6to.* Alber. de Rosat. *in Tr. de Statut. Lib. 1. Quest. 137. n. 7.* add *cap. 1. n. 40. &*

39 *seq.* An verò dicta hæc donatio, quæ Mulieri morti vicinæ in Statut. nostris concessa, donatio mortis causa dici possit, in dubio est, cum in omni donatione mort. caus. expressè mentio mortis facienda. *Carpzov. L. 5. Resp. 55. n. 2.* Si enim absolutè quis donet, licet in agone constitutus, non tam mortis causâ, quàm moriens donat *d. L. 42. §. fin. de M. C. Donat.* *Struv. in Syntag. Jur. Civ. Exerc. 30. nb. 25.* Et hac ratione donatio ista erit donatio inter vivos,

40 Donationem inter vivos quod attinet: Permissere Jura Civ.

Civ. per eam bona sua alienare omnibus, quibus administrationem rerum suarum concessere, L. 12. C. h. t. L. In re mandata. 21. C. Mandat. Hinc Uxor de Jur. Civ. res paraphernales donare potest, L. 6. C. de Revoc. Donat. Peretz. n. 7. & si vidua; etiam cœtera bona donatione in alios transferre potest, cum, tanquam Domina, de rebus suis pro lubitu disponere possit per d. L. 21. C. Mand. In quo iterum recedit Jus Statut. Rigenf. d. L. cap. 16. §. 2. Ubi vidua interdicitur, neque bona mobilia, neque immobilia alienare. Si tamen mobilia quædam donare velit, consensum Curatorum adhibere tenetur, quem non exigit Jus Civile. Immobilia verò, neque Virum, neque Uxorem donare vel alienare posse, supra jam dictum.

De dote quoque, cum & illa sit modus acquirendi de Jur. Civil. paucis hinc acturi sumus. Tenetur verò Pater ex necessitate filiam dotare, ita, ut & officio Judicis ad id cogi possit L. 19. de Rit. Nupt. L. fin. §. Neg. enim. C. de dot. promiss. Gail. lib. 2. Obs. 95. Imò & emancipatam. arg. L. ult. C. de Dot. promiss. L. 6. de Collat. Struv. Exerc. 30. th. 3. A quo tamen recedere videtur Jus nostrum Statut. Licet enim liberi separati cum emancipatis comparari possint, imò, vivis Parentibus, pro emancipatis habeantur Mev. ad Jus Lub. Lib. 1. Tit. 5. art. 1. n. 4. eos tamen Pater nullò modò dotare tenetur, cum per separationem ab omni spe capiendorum paternorum bonorum excludantur uti preced. cap. III. demonstravimus, & ita quoque à capienda dote, cum dos ex bonis Paternis constituenda. In dotem dari possunt omnes res, seu mobiles seu immobiles, L. 42. ff. d. t. corporales sive incorporales aliæque, quæ sunt in commercio. Cum quo convenire videntur Stat. Rig. Licet enim prohibitum sit, bona immobilia hereditaria alienare, uti sup. dictum, ea tamen in dotem dari posse, non dubito, cum hæc ratione in familia maneat, cui Statuta singulariter prospicere voluerunt. Sequitur hinc, quod descendentes dari quidem locò dotis possint, nullo modò verò Extraneis, in quo tamen discrepat à Jur. Civ.

Et cum in omnibus obligationibus fidejussores accedere possint, §. 1. J. de Fidejuss. & iis sese prospicere Maritus Jure non prohibetur

- hibetur, qui pari modò, quò ipsi promittentes, obligantur, cum
 48 accessorium sequatur suum principale. Hac in parte tamen singularare quid constituit Jus Statut. Rig. *Lib. 3. cap. 2.* dum Fidejussores quidem admittit, eos verò tantum ad biennium obligatos, postea verò ipsò jure tutos esse voluit. Cum enim intra illud temporis spatium, ipse dotem promittens liberetur per Statut. Rig. *d. c. 2.* meritò & Fidejussor; nam, principali obligatione extinctà, fidejussoria tanquam accessoria subsistere nequit. Nisi tamen Maritus per Viros integræ famæ certaq; documenta probare possit, se dotem nullò modò, etiamsi sibi de ea judicialiter prospexerit, accipere potuisse, *d. cap. 2.* Pro dote tamen à Marito restituendà, Fidejussores intervenire non posse, docet Rubr. *Ne Fidejuss. dot. dent.* cum quo convenit Jus Statut. *d. c.*, quod tantum de fidejussoribus, qui pro dote à Socero solvenda intercessere, loquitur; Etiam si maritus propriò motu eos offerat (in Praxi tamen hos admittit Carpz. *P. 2. C. 42. Def. 17.*) quia non tam exigere, quam & dare Fidejussorem prohibitum. Fachin. *L. 4. Controv. qu. 26.* Hilfig. *in Donell. Lib. 25. cap. 48. lit. F.* Bachov. *ad Treutl. Vol. 2. Disp. 7. Th. 4. Lit. G.* Modò non suspicio aliqua prodigalitatìs subsit ante matrimonium. Nam, si Uxor, constante matrimoniò, à marito dissipatore dotem repetere potest, *L. 29. C. de Jur. dot. vel à marito ad inopiam vergente, cap. Per vestras. 7. X. de Donat. inter V. & U. Thoming. Dec. 58. n. 4.* Schneidew. *de Fidej. n. 12.* cur non & ante nuptias Fidejussores exigere posset, cum meliùs sit, intacta jura servare, quam post vulneratam causam remedium quærere, *L. fin. C. in quib. caus. in integr. restit. necess. non est.* Et hinc moribus Pomeraniæ istam prohibitionem non sàmptius observari, tradit. Mev.
 50 *Part. 2. Decis. 367. n. 6* Quemadmodum vero Marito pro impetranda dote promissa tribuere LL. Civ. actionem ex stipulatu, ita & Uxori eandem pro repetenda illatà dote concessere. Insuper & Imperator Uxori concessit pro dote hypothecam in *L. un. §. 1. C. de Rei Uxor. act.* Et huic hypothecæ etiam privilegium reale ita, ut omnibus aliis, etiam anteriorem hypothecam habentibus, Creditoribus præferatur *L. Assidua 12. C. Qui pot. in pign. Dn. Brunnem. in Comment. ad d. L.* Sed rationem illam, quæ Impe-
 52 rat,

rat. movit, ad talia privilegia Mulieribus concedenda, Jura Statut. nostra non attendunt, quæ Uxori neque hypothecam, multò minus prælationem, & quod gravissimum est, ne quidem repetitionem dotis concessere, sed potius ex dote Creditoribus Mariti satisfieri voluerunt. Verùm enim verò, ne hac ratione Uxores nimium bonis suis privarentur, constituit Jus Statut. Rig. novum modum acqvirendi, Morgengabam scil. Est verò illa portio Statutaria, quæ Uxoribus ex obæratìs defuncti Mariti bonis tribuitur. Quod quantitatem ejus attinet, probè attendendum, an Vidua ex Majori vel minori Collegio sit: Illius Collegii Viduæ addicuntur 60. marcæ aureæ h. e. 240. thal., hujus verò Viduæ 40. Marcæ aureæ h. e. 160. thal. vid. Jus Statut. *Lib. 3. c. 3. §. 1.* Eo verò beneficiò, ut fruatur Vidua, oportet eam justò tempore, scil. intra annum & diem, à morte Mariti obæratì bonis cedere, vel intra prædictum tempus Creditoribus inventarium offerre *d. cap. 3. §. 2.* His legitimè observatis, & Concurfu Creditorum excitatò, quoad prædictam summam Vidua non omnibus Creditoribus præfertur, sed expensis funerum, mercedi famulorum aliisque debitis postponitur. v. Jus Stat. *Lib. 3. c. 10. §. 8.* Percipit igitur hanc summam plenissimò jure proprietatis, sive quid dotis locò marito attulerit, sive non, cum *d. cap. 3. §. 1.* Morgengaba simpliciter Viduæ ex Mariti defuncti bonis addicatur. Quomodo aliàs Mulier, defuncto Marito succedat *seq. cap. commodius exponendum veniet. Sentiunt igitur vi dist. Stat.* Uxores commodum, quæ nihil dotis locò attulerunt: Damnum verò, imò interdum maximum, illæ, quæ amplà dote instructæ marito nupserunt.

Sed cum hâc ratione Divites Virgines damno subiaceant, paucis hîc disqviremus: An non hæc Statut. Constitutio per pacta dotalia mutari possit, scil. ut eò modò Virgo suam dotem contra Creditores salvam sibi servare possit? Pro cujus decisione distingvendum, autumat, utrùm Virgo nubat Viro obæratò, utrùm non: Illò casu, pacta dotalia vix aliquid juvabunt, cum Creditoribus jam tum jus aliquod quæsitum in omnibus Debitoris bonis sive præsentibus sive futuris. Ea autem, quæ dotis locò à Virgine inferuntur, statim quasi confunduntur cum mariti bonis, ut sic tam Mariti, quàm

- 63 Uxoris bona pro una massa habeantur: Si verò virgo nubat ei, qui omni ære liber, omninò per pacta sibi prospicere potest, cum hac ratione nemini præjudicetur. Non illis, qui postea cum marito sunt contracturi, quia sibi hi imputare debent, quod non diligentius in conditionem ejus, cum quo contraxerint, inquisiverint, per *L. Qui Cum alio 19. ff. de R. J. Carpz. P. 2. Dec. 30. n. 5.* Et sic damnum,
- 64 quod suâ culpâ sentiunt, non sentire præsumuntur *L. Quod quis 203. ff. de Reg. Jur.* Quod eò facilius procedere potest, præcipuè, cum vigore Statut. nostrorum omnia pacta dotalia, si vim aliquam sortiri debeant, à Secretario Civitatis sint conscribenda vid. Stat. Rigenf.
- 65 *L. 1. cap. 5. §. 3.* (in quo à jure Civ. rursus recedit, ubi privati talia pacta conscribere non prohibentur.) Ea Instrumenta autem, quæ à Secretario, tanquam Personâ publicâ, confecta pro publicis habentur *L. 11. C. Qui pot. in pign.* & sic non est, quod ignorantia sese contracturi tueri velint, cum ea, quæ publicè fiunt, non tantum, facili negotiò in notitiam pervenire possint, sed etiam pervenisse, præsumantur.
- 66 Restaret adhuc de incorporalium acquisitione, ut & reliquis acqvirendi modis, hic loci agere: Verum, cum de iis Jura Statut. nihil disposuère, neque nos prolixi erimus.

CAPUT VI.

DE

ACQUISITIONE PER SUCCESSIONEM
TESTATAM VEL INTESTATAM.

S U M M A R I A.

C onnexio.	1	Testamenta condere omnibus est	
Hereditatis definitio.	2	permissum.	7. & seq.
Ejus acquisitio.	3. & seq.	Different. Jur. Civ. & Statut.	10
In Successione hodie prima ratio			& seq.
pactorum habenda.	5	Testamentum aliud est scriptum,	
Testamentaria Successio præfertur		aliud nuncupativum.	13
legitima.	6	Differ. Jur. Civ. & Stat.	14. & seq.
			Testa-

<i>Testamentum nuncupativum quo-</i> <i>modo condatur & probetur. n. 19</i>	<i>Nascendi cum natis eodem jure</i> <i>gaudent.</i>	49
<i>& seq.</i>	<i>Jur. Civ. & Stat. differ.</i>	50
<i>Recensentur testamenta minus so-</i> <i>lennia. 22</i>	<i>Descendentium divisio ratione gm-</i> <i>lennia. 22</i>	51
<i>Jure Statut. in omni testamento</i> <i>sufficiunt duo testes & Secreta-</i> <i>rius. 23. & seq.</i>	<i>Descendentium illegitimatorum di-</i> <i>visio & successio. 54. & seq.</i>	52
<i>Testamenta juxta tenorem Statut.</i> <i>nostr. condita, comparantur</i> <i>apud acta insinuatis. 26</i>	<i>Illegitimi Jur. Stat. non succedunt.</i>	57
<i>Differ. Jur. Civ. & Stat. 27</i>		57
<i>Testamentum, juxta Stat. Rig. teno-</i> <i>rem conditum, valet etiam in</i> <i>aliis locis. 29. & seq.</i>	<i>Ascendentium divisio & successio.</i> <i>58. & seq.</i>	58
<i>Testator de Jur. Civ. de omnibus</i> <i>bonis liberè disponit. 31</i>	<i>Infantis, in ipso Nativitatis mo-</i> <i>mento decedentis, heres est Pa-</i> <i>rens superstes. 61. & seq.</i>	61
<i>Different. Jur. Civ. & Stat. 32. & sq.</i>	<i>Ascendentium alia divisio</i>	64
<i>De testamento irrito & c. remissivè</i> <i>36</i>	<i>& seq.</i>	67
<i>Sucessionem Testatam excipit in-</i> <i>testata. 37</i>	<i>Jur. Civ. & Stat. differ.</i>	67
<i>Descendentes omnibus preferendi.</i> <i>38. & seq.</i>	<i>Unilaterales à Parentibus exclu-</i> <i>duntur. 68</i>	68
<i>Eorum divisio. 41</i>	<i>Successio ascendentium, concurren-</i> <i>tium cum Germanorum liberis,</i> <i>69. & seq.</i>	69
<i>Jur. Civ. & Stat. differ. 42</i>	<i>Differ. Jur. Civ. & Stat. 71. & seq.</i>	71
<i>Separatorum & non separatorum</i> <i>Successio. 43</i>	<i>Collateralium Successio. 73. & seq.</i>	73
<i>Descendentium divisio ratione</i> <i>sexus, nativitatis, eorumq; Suc-</i> <i>cessio. 44. & seq.</i>	<i>De Conjugum Successione. 77</i>	77
<i>Jur. Civ. & Stat. differ. 47. & seq.</i>	<i>Conjuges quomodo succedant Jur.</i> <i>Stat. 78. & seq.</i>	78
	<i>Ultimus heres fiscus est. 80</i>	80
	<i>Jur. Civ. & Stat. differ. 81. & seq.</i>	81

Pro instituti nostri ratione de modis acquirendi singularibus hæc dixisse sufficiant. Ad universales nos accingimus, eorumq;

2 rationem, quatenus in Statut. Rigens. adducuntur, jam habebimus. Primò locò se offert hereditas, quæ est Successio in universum jus, quod defunctus tempore mortis habuit *L. 24. ff. de V. S.*
 3 *L. 62. ff. de Reg. Jur.* Acquiritur verò illa vel ex testamento, vel ab intestato, non pacto *L. 5. C. de Pact. Convent. L. fin. C. de pact. L. 4. de Inut. Stipulat.* Hæ pactiones enim Jure Civil. per *d. L. 30. C. de pact.* odiosæ & plenæ tristissimi eventus dicuntur; quod tamen de iis non
 4 naturaliter, sed civiliter prædicatur tantùm. Moribus verò totius Germaniæ, & juxta nostra Statuta, cum pactis indistinctè plenissima obligandi vis tributa, hunc Juris Civil. rigorem mutatum meritò dicitur vid. Dn. Præf. *Tr. de Success. ab Intest. Dissert. 1. cap. 1. §. 6.* Quem
 5 admodum igitur testamentum derogat successioni legitimæ, cum provisio hominis faciat cessare provisionem Legis, per *L. ult. C. de pact. Convent.* ita quoque pactum, secundum dictos mores Germaniæ, derogat successioni testamentariæ, aded, ut in omni Successione prima ratio pactorum sit habenda.

6 His non existentibus, succedit Successio ex Testamento, quæ etiam Legitimæ præferitur, partim ob rationem præced. num allegatam, partim, cum voluntas hominis tantæ autoritatis sit, ut pro Lege habeatur *Nov. 22. c. 2.* vid. Dn. Præf. *d. Tract. de Success. ab Intest. d. cap. §. 9. Gvil. Dunozet Decif. 90. n. 1. & Franc. Marc. Decif. Tom. 1. quæst. 834. n. 6.* Facultatem testandi quod attinet, illam omnibus
 7 competere Jure Gentium in propatulo est vid. Harprecht *ad Inst. de Testam. Ordin. n. 32.* Excipiuntur tamen illi, qui speciali Lege prohibentur, quos vid. apud Struv. *in Synag. J. C. Exerc. 32.* Inter quos
 8 & impuberes, qui nondum pubertatis attigère annos. Quos attigisse censentur Masculi, si decimum quartum, Fœminæ, si duodecimum impleverint annum *pr. Inst. Quib. mod. Tutel. fin.* quò impletò, testandi facultatem Jura ipsis concessère. A quo recedit Jus
 9 Statut. Rig. *L. 3. cap. 4. §. 4.* ubi masculi demum decimò octavò annò, Virgines vel Viduæ decimò quartò ad testamentum faciendum admittuntur: Et quidem sub hac conditione ut Masculi vel fœminæ eâ ætate
 10 Consensum Curatoris quoque adhibere debeant; in quo rursus à Jure Communi differt, ubi puberes sine Curatoris consensu testari possunt, per *L. 4. C. Qui test. fac. poss. Wesenb. P. 3. Cons. 107. n. 25.* vid. præced.

praced. cap. IV. Curator enim tantum in actibus inter vivos necessarius Carpzov. *Part. 3. Const. 6. Def. 6. & seq.*

Conditur verò testamentum aliud in scriptis, & dicitur 12
scriptum, aliud sine scriptis, & dicitur nuncupativum §. 14. *Inst. de*
Testam. Ordinan. In quo forma Testamenti scripti consistat, accu- 13
ratè exhibuit Struv. *alleg. Exerc. 1b. 10.* ad quem brevitatis gratià
nos remittimus. Inter alia solennia requiritur, ut septem testes 14
§. 3. *Inst. d. t.* specialiter ad id rogati, *L. 22. §. 2. ff. Qui Testam. &*
L. 21. C. de Test. animò & corpore præsentés adhibeantur. d. §. 3. Inst.
Recedunt Statut. Rigenf. dum in omni Testamento tantum præsen- 15
tiam Secretarii & duorum Senatorum seu Virorum integræ vitæ ac
famæ exigunt v. *L. 4. c. 1. §. 1.* in quo convenit *cum Jur. Can. cap. Cum*
esses X. de Testam. Refertur quoque inter solennia de Jure Civ. 16
ut tam testator ipse, quàm & testes, nomina sua subscribant & signa-
cula apponant §. 3. *J. d. t.* Jure nostro Statut, non tantum remitti- 17
tur Testatori subscriptio & subsignatio, sed & testibus subsignatio,
ita, ut sola testium subscriptio sufficiat vid. in Statut, *alleg. Lib. 4.*
c. 1. §. 1.

Testamentum nuncupativum quod attinet, in eo Jure Comm. 18
præter scripturam & signaturam, omnia alia solennia, quæ in scripto
testamento, requiruntur §. *fin. J. d. t. L. 21. §. 2. C. de Testament.* Quò 19
verò de ejus veritate constare possit, post mortem testatoris juratò
testes, de illo ita confecto, deponant, necesse est *L. ult. in fin. C. d. t.*
nisi instrumentum publicum de eo fuerit conscriptum vid. Carpzov.
Lib. 6. Resp. 13. n. 4. & seqq. Coler. Dec. 250. Mev. p. 9. Dec. 149. Hinc
non de necessitate, sed ad faciliorem probationem scriptura in hoc
testamento requiritur *Olivar. Decis. 623. n. 6.* Jure Statut. Rig. uti 20
nec in Testamento scripto, ita nec in hoc numerus septenarius re-
quiritur, sed itidem Secretarius cum duobus Senatoribus vel aliis
duobus testibus sufficiunt vid. Stat. *d. §. 1.* Neque exigitur, ut testes 21
de condito Testamento juratò testentur, sed testimonium, eorum
manu subscriptum, plenissimam vim probandi habet vid. Stat. *d. §. 1.*

Sunt præterea & alia Testamenta, minùs solennia dicta, quæ 22
scil. non solennitatem, sed probationem requirunt *per L. 21. §. 1. & 2.*
d. t. Harprecht. ad Inst. de Testam. ordin. §. 3. n. 6. & à necessitate
septem

- septem testium adhibendorum testatorem absolvunt; ut sunt testamenta inter liberos Olivarius *Decis. 820. n. 5.* Bichius *Decis. Rot. Rom. Dec. 424. n. 19.* tempore pestis &c. Conf. B. Brunnem. *ad Inst. Exerc. 10. ad d. §. 3. n. 3. & seqq.* Quod Statut. Rigenf. concernit, cum ibi indistinctè Secretarius & duo testes adhibendi, nec tempore pestis sine iis conditum ob generalitatem *alleg. §. 1.* testamentum valere poterit. Testamentum tamen Parentum inter liberos, etiam sine Secretario confectum, subsistere, asserere non veremur, quia tale testamentum nullâ prorsus indiget solennitate *Mev. P. 9. Dec. 1. n. 3. & 4.*
- 24 In Cœci verò testamento, juxta Juris Civ. dispositionem, exigitur, ut semper unus addatur testis, ita, ut in Testamento soleuni octo, in Testamento Patris inter liberos tres adhibendi, v. L. *Hac consultissima. C. Qui Testam. fac. poss.* Dn. Præses *Tract. de Jure Sens. Disser. 2. cap. 3. n. 42.* Quod num & Jure Statut. observandum quæritur? Illudq; negandum putamus: Testamentum enim in præsentia Secretarii & Senatorum factum, illi apud acta insinuatō comparari potest, *de quo seqv. num.* Cœcus verò judicialiter testans, nullis indiget testibus, cum testes planè non requirantur, vid. Michalor. *in Tract. de Surd. mut. & cœc: c. 12. in fin. & ita quodq; in Facultate hac Viadrina responsum d. 7. August. anno 1675.* Multò magis ergò subsistet ejus testamentum in præsentia Secretarii & duorum testium conditum. Diximus, testamenta juxta tenorem Statut. nostr. condita, comparari posse Jur. Civ. apud acta insinuatō, vid. L. *Omnium. 19. C. de Testam.* Quemadmodum enim olim omnis Testamenti fides in eo consistebat, quod illud actis fuerit insinuatum, ita quoque & Testamentum, in præsentia Secretarii confectum, refertur in Scrinia seu Archivam Civitatis adedqve publicâ ac plenâ nititur fide vid. Ruland. *Tract. de Commissar. Part. 2. Lib. 5. cap. 3. & cap. 6. n. 18. & seqq.* Sicut id pluribus probat Dn. Struv. *in Syntagm. Jur. Civil. Exerc. 32. th. 9.* In eo tamen differentia adhuc aliqua subesse videtur, quod juxta Statut. Rig. de necessitate sit, ut Secretarius cum duobus Senatoribus seu testibus præsens sit, Jure Comm. verò etiam subsistebat Testamentū coram Judice & uno Actuario, & sic tantum coram duobus testibus, sicut id prolixè demonstrat Struv. *d. Exerc. th. 9.* In eo quoque adhuc alia latitat, diffe-

differentia, quod Jure nostrò Statut. semper requiratur præsentia Secretarii, vid. sæpè alleg §. 1. & Lib. 2. cap. 5. §. 3. quod secus Jur. Civ. esse satis constat. Verùm enim verò, cum juxta Statuta nostra solennitates Jur. Civ. remissæ, quæritur, an Testamentum, juxta dispositionem Statut. nostrorum, conditum, valeat in illo loco, ubi solennitates Civiles adhuc observantur? Quod affirmandum: cum in omnibus actibus, quoad solennitates, inspicienda sint jura loci illius, in quo geruntur, *L. Si fundus. 6. ff. de Evict.* vid. Petrus Gudel. *de Jur. Noviss.* Perez. *in C. de Test. n. 13.* Cöppen, *Part. 1. Dec. 31. n. 25.* Aliud verò, si persona uno locò habilis ad testandum, alibi non: Sic, si quis ex Civitate Rigenfi degeret in locis, ubi Jus Civile vigeret, non liceret ei annò decimò quartò testamentum condere, cum juxta Stat. Rig. requiratur, ut testaturus sit 18 annorù, *per lib. 3. c. 4. §. 4.* Qualitas enim personæ addita non extenditur ultra territorium. vid. Zoes. *ad Tit. de Testam. n. 51.* Dn. Brunnem. *in Quæst. ad Wesenb. de Testam. qu. 20.*

Competit verò Testatori de Jur. Civ. facultas de omnibus bonis suis pro lubitu disponendi: At Jure nostro Statut. distinctio facienda: utrum res mobilis, utrum immobilis, & immobilis hereditaria sit; De re mobili testandi licentia cuique concessa, de re immobili hereditaria minimè, nisi consensu heredum & propinquorum accedente vid. Statut. Rig. *L. 4. cap. 1. §. 2. & Lib. 3. c. 4. §. 4.* Neque de alia re immobili, licet hereditaria non sit, *per d. c. 4. §. 4. & d. c. 1. §. 2.* Quænam verò res juxta Statuta nostra hereditaria dicenda, v. *seq. cap. VII.* Differt in eo quoque Jus Statut., quod, cum Jure Civil. Testator indistinctè de bonis suis disponere possit; Jure Statut. Rigenf. de bonis suis mobilibus testaturus semper ex Lege necessitatis quid relinquere debeat piæ causæ, vid. Statut. Rigenf. *d. Lib. 4. cap. 1. §. 2.* Si igitur testamentum legitimè conditum omni visibili signò careat, & heres hereditatem adeat, obligatur idem Legatariis Legata in Testamento relicta præstare, §. 3. *J. de Legat.* Jure Statut. Rig. verò non obligantur heredes vel ex Testamento, vel ex Successione ab intestato, quidvis præstare, qui vitam monialem Papisticam elegerunt, eiqve obedientiam præstant,

præstant, si tamen heredes relicta iis offerant, ea accipere non prohibentur, v. Statut. Rig. *lib. 4. c. 2. §. 2.*

36 Agendum quoque nunc esset, quomodo testamentum irritum, ruptum & destitutum fiat, de quibus tamen cum Jus Stat. nostrum nihil speciale sibi constituerit, sequimur Jus Civil. & hac ratione successionem ex testamento linquimus.

37 Hanc excipit Successio ab Intestato, aliàs legitima dicta, hæc enim, nisi deficiente testamentariâ, locum obtinere nequit *L. Quamdiu. 39. de Acquir. hered. L. 89. de Reg. Jur. Mev. Part. 7. Dec. 60. n. 1. & seq.* In qua Successione primò ratio habenda, descendantium,

38 secundò ascendentium, tertio Collateralium. Descendentium ordo in hac Successione omnibus præferendus, per *L. 11. C. de Suis & legit. liber. Nov. 118. cap. 1. pr.* cum ratio naturalis, uti eleganter loquitur Jctus Paulus in *L. 7. pr. ff. de Bon. damnat.* quasi Lex quædam tacita, liberis Parentum hereditatem addicat, v. *L. 7. §. 1. in fin. ff. Si Tabul. Testam. null. ext. conf. Gro. d. L. 2. cap. 7. th. 4. n.*

39 5. Videbimus ergò, quomodo descendantibus Jura Comm. hereditatem paternam addicant: Illud verò, ut legitimò ordine fiat, normæ locò nobis erunt, Dn. Præf. *Tabl. Synopt. de Success. ab Intest.*

40 Vi quarum Descendentes sunt vel legitimè nati, vel legitimè facti, vel illegitimi. Legitimè nati considerantur, vel ratione potestatis, & aliis

41 sunt sui, alii emancipati, quæ distinctio cum hodiè sublata, quoad successionem, Dn. Præf. *Tr. de Success. ab Int. Diss. 1. c. 2. art. 1. n. 4.* hi succedunt æqualiter. J. Stat. Rig. verò hîc aliqua subesse differentia videtur,

42 cum enim juxta hoc liberi in separatos & non separatos dividantur, illique emancipatis comparari possint, non tamen admittuntur ad Successionem, sed bonis in separatione ipsis assignatis contenti, liberis non separatis hereditatem paternam relinquere tenentur, vid. Stat. Rig. *Lib. 4. cap. 3. §. 1.* Quod si verò liberi ex secundo

43 matrimonio non adsint, vel Parens, liberos confortes, seu non separatos non habeat, admittuntur etiam ad successionem separati, cum cessante causâ scil. liberis non separatis, in quorum gratiam facta separatio, cesset effectus scil. ut separati excludantur, Dn. Præf. *cit.*


44 *cap. 2. art. 3. n. 20.*

Vel ratione sexus, ubi alii filii, alia filia, quæ differentia patet.

riter sublata, per L. 14. C. de Leg. hered. §. 1. Inst. de Exhered. lib. L. 45
 11. Famil. Erscif. Nov. 118. c. 1. Vel ratione Nativitatis, & nati
 sunt vel ex eodem matrimonio, ubi Patri & Matri succedunt æ-
 qualiter h. e. in capita, & hereditas dividitur juxta numerum per- 46
 sonarum ita, ut quot sunt personæ, tot sint partes. Vel ex diverso
 matrimonio, ubi quilibet sui Parentis lucra nuptialia præcipua-
 habet, ea scil. quæ Jure ususfructus Patri acquisita, non quæ ju-
 re proprietatis; In his enim, tum & in reliquis bonis æqualiter
 succedunt. L. 6. §. 1. C. de Secund. Nupt. Rittershus. Part. 7. cap. 4.
 n. 7. Stephan. ad Nov. 118. n. 11. Ex quibus, quamvis sequatur, 47
 quod hodie, ubi Conjuges per Statuta sibi invicem succedunt,
 cum portionem Statutariam plenò Jure capiant, in illa æquales
 partes capere debeant liberi utriusque matrimonii. Jure Statut. 48
 Rig. tamen contrarium dispositum reperimus, dum liberis ex di-
 verso matrimonio natis, nondum verò separatis, unicuique suæ
 Matris bona adjudicantur, ita, ut liberi prioris matrimonii sui Pa-
 rentis, ex secundo matrimonio nati itidem sui Parentis bona il-
 lata vindicare possint, in reliquis verò bonis existentibus æquali-
 ter succedant liberi ex utroque matrimonio una cum Vidua in
 capita, Jur. Statut. Rig. Lib. 4. c. 2. §. 1.

Eòdem cum natis jure utuntur nascendi, seu in utero consti- 49
 tuti, qui pro jam natis habentur, modò vivi nascantur, quoties
 de eorum commodo agitur L. 7. ff. de Stat. hom. Et quamvis Jure
 Civil. per L. Antiqui. 3. ff. Si pars hered. per. Vidua post mortem
 mariti, licet gravida, dividere teneatur, ita ut hereditatis tres portio-
 nes utero reserventur, cum tergemini nasci potuerint. Jure no- 50
 stro Statut. tamen in Lib. 4. cap. 5. §. 2. Viduæ gravidæ expressè
 prospectum, ne ad divisionem, priusquam perpererit, cogi pos-
 sit.

Vel ratione gradus: & sunt vel primi gradus tantùm vel pri- 51
 mi & ulteriorum graduum simul; vel ulteriorum graduum
 tantùm: Illi succedunt in capita; hi omnes admittun-
 tur, partim in capita, partim in stirpes; ultimi succe-
 dunt in stirpes jure repræsentationis non in capita, de quibus
 singulis cum accuratissimè agat Dn. Præf. in d. Tract. cap. 2. art. 1.



52 §. 16. 20. & seq. eò brevitatis amore me remitto. Jus nostrum Statut. verò à dicta Juris Civ. dispositione recessit in successione ab Intestato proximo proximum jus succedendi assignando, v. Statut. Rig. Lib. 4. c. 2. §. 3. Et hac ratione si defuncto successuri essent liberi & nepotes, hi Jure Statut. excluderentur ob cessans jus repræsentationis, & illi soli, tanquam gradu proximiores, hereditatem sibi vindicarent. De legitimè factis vel per adoptionem vel per Legitimationem ut ageremus, ordo quidem svaderet, sed cum Jus Statut. de illis nihil speciale disponat, nos hîc non detinebimus.

54 Descendentibus quoque accensentur illegitimi, qui vel incestuosi, vel naturales, vel spurii; illi planè non succedunt, sed Jure Canon. tantùm alimenta capiunt. Naturales & Spurii cum hodiè quoad effectum pro iisdem habeantur, postquam concubinatus interdictus, v. Dn. Struv. in Syntagm. Jur. Civ. Exerc. 30. Tb. ult. in fin. & Exerc. 38. Tb. 27. succederent Matri etiam illustri & omnibus ex materna linea ascendentibus, perinde ut legitimi L. 2. L. 8. Unde cogn. L. penult. ad Sct. Orphit. Mev. Part. 2. Decif. 83. qui d. l. hoc de spuriiis testatur. Patri verò Uxorem habenti Naturales non succedunt, sed alimenta tantùm capiunt, Nov. 89. cap. 12. in fin. Auth. Licet C. de Natural. liber. Cœlibi autem succedunt unà cum concubina in sextante, d. Nov. 89. c. 4. Spurii verò Patri tanquam incerto plane non succedunt, Mev. d. Decif. 83. n. 1.

56 Jus nostrum Statut. illegitimos liberos à Successione planè repellit, eosque omni Parentum bona captandi spe privat. Lib. 4. c. 2. §. 4.

58 Deficiente hîc, sequitur ordo Ascendentium: quos, turbatò mortalitatis ordine, ratio miserationis ad bona liberorum admittit, ut loquitur Jctus in L. 7. §. fin. ff. Unde lib. Vocantur in hoc ordine ad successionem gradu proximiores, exclusis omnibus remotioribus, neque repræsentationi hîc locus est; cum non conveniens rationi, ut Parentes liberorum locum ac vicem subeant.

59 Nov. 118. Auth. Defuncto. C. ad Sct. Tertull. Considerantur verò Ascendentes, eodem fere modò, quò descendentes, juxta alleg. Tab. Dn. Præf. adèò ut vel legitimi, vel legitimi facti, vel illegitimi dicantur.

dicantur. Illi ratione gradus, sunt vel primi gradus tantum, ut Pa- 60
 ter & Mater, qui æqualem portionem capiunt, vel si Pater non ad-
 fit, sola Mater & vice versa solus Pater. Quod & obtinet, si post 61
 Mariti obitum Vidua gravida reperiatur, & infans in ipso Nativi-
 tatis momento moriatur; ubi nihilominus Vidua totam heredi-
 tatem tanquam à mortuo nato acceptam sibi vindicare potest, &
 eadem ratione quoque Pater, si natus tantum per unicum momen-
 tum Matri supervixerit, v. Stat. Rig. L. 4. c. 5. §. 3. Et sufficit 62
 modo infans ille Spiritum ediderit, licet in manibus Obstetricum
 decesserit, L. 12. §. 1. de Lib. & Postb. L. 3. C. eod. etiamsi vox ejus
 non fuerit audita, Carpzov. Part. 3. Const. 17. Def. 19. cui respondet
 Jus Statut. nostr. cit. loc. ubi disponitur, ut non sola vox, sed &
 alia signa ad vitalitatem, daß es zeltig und lebendig gewesen / de- 63
 monstrandam sufficiant. Verum, quid si adhibitis remediis si-
 gnum aliquod vitalitatis eliciatur, uti in facto contigit casus, ubi
 obstetrix linteò, vinò calido madefactò, illòque cordi infantis im-
 positò, quædam vitalitatis signa elicit? infantem talem omninò
 pro vivo habendum esse tunc temporis Responsum in Facult. Jurid.
 hujus Viadrinæ.

Vel primi & ulteriorum graduum: ubi hi excluduntur vid. Dn. 64
 Præsid. d. Dissert. cap. 3. Art. 1. §. 17. concordat Jus Statut. Rig. L. 4.
 cap. 2. §. 3. quod proximo indistinctè successionem defert. Vel ul- 65
 teriorum graduum tantum, quomodo hi succedant. vid. d. Art. §. 18.
 Vel concurrunt Ascendentes cum Collateralibus, qui vel sunt Fratres, 66
 vel Fratrum Germanorum filii vel Fratrum nepotes. Fratres ger-
 mani æqualem cum Parentibus portionem capiunt de Jur. Civ. per
 Nov. 118. c. 2. Jus nostrum Satut. verò alleg. Nov. dispositionem 67
 non ita simpliciter admittit: dum ad filiorum separatorum, à Parente
 scil. qui secundas iniit nuptias, successionem non admittit Parentem,
 sed Fratres vel Sorores itidem separatos vocat vid. Stat. Rig. Lib. 4.
 cap. 3. §. ult. Unilaterales verò à Parentibus planè excluduntur tam
 Jur. Civ. quàm Jure Statut. Avrb. Defuncto C. ad SCt. Tert. Statut. 68
 Rig. d. c. 2. §. 3.

Concurrunt quoque cum Ascendentibus Germanorum liberi, 69
 sed in stirpes, loca suorum Parentum occupando. Et quamvis per 70

Nov. 118. exclusi fuere à successione, per Nov. 127. c. 1. tamen rursus ad successione[m] vocati sunt vid. Forster. de Success. L. 7. c. 5. Hillig. Lib. 9. c. 3. Lit. I. Jur. nostro Statut. per d. §. 3. cum ex proximitate casus decidendus, proximior semper excludit remotiorem. Succedunt & illegitimi ascendentes vid. Dn. Præs. d. Tr. c. 3. art. 1. §. 35. & 37. & cum Jura Successionis debeant esse reciproca, Statuta nostra contrarium disposuere, dum Parentibus, Matri scilicet, Patris non facta mentione, quem habere non præsumuntur Mev. d. Decis. concessere Successionem in bona liberorum illegitimorum d. Lib. c. 2. §. 4. Eandem verò liberis planè denegaverunt d. §. 4.

73 Si nec ascendentes adsint, sequuntur Collaterales, in quorum ordine tam foemina quam masculi, tam agnati quam cognati, admittuntur Richt. de Success. ab Intest. Lib. 3. m. 4. n. 15. & seqq. Et, si soli Fratres adsint, succedunt in capita, exclusis unilateralibus Aurb. Itaq; C. Comm. de Success. Nov. 118. c. 3. concordat Jus Statut. 74 d. cap. 2. §. 3. Differt tamen in eo, quod juxta Stat. nostr. dispositionem in Successione Collateralium semper Fratrum separatorum & 75 nondum separatorum habenda ratio, de quo n. 67. jam egimus. Vel concurrunt cum Fratrum liberis, qui cum illis Jure repræsentationis succedunt, quod secus Jure Stat. ubi liberi hi tanquam gradu remotiores excluduntur. De legitime factis & illegitimis cum Jura Statut. nihil admoneant, hic agere superfedemus. 76

77 Expositi sunt huc usque tres illi ordines, quibus ex Nov. 118. hereditas ab intestato deferatur. Et quamvis Jure Civ. Conjuges olim plane non succederent; Jure Novo tamen per Nov. 53. c. 6. in quarta parte sibi succedunt, quæ verò circumstantiæ hic attendendæ vid. 78 Dn. Præs. d. Tr. Differt. de Success. Conjugum. Jure nostro Statut. distingvendum; an concurrant liberi, an non: Hoc casu, Uxore decedente, Vir capit duas partes omnium bonorum, relicta tertia parte cognatis Uxoris; Si Maritus moriatur, Vidua primò præcipit Morgengabam & postea dimidiam partem omnium bonorum, alteram partem Defuncti Mariti Cognatis sibi vindicantibus vid. Stat. Rig. 79 L. 4. C. 6. §. 1. Si verò liberi superstites quoque adsint, eodem modo, quò aliàs separantur, eos succedere puto, quâ ratione autem hæc separatio fiat, diximus præced. cap. III.

Omnibus Successoribus deficientibus, nec legitimò contradi- 80
ctore existente *Mev. P. 3. D. 102. n. 5. 6.* ne quisquam sine herede de-
cedat, defunctique bona nullius evadant, ultimus heres fiscus, in ea
tanquam vacantia jure singulari succedens, locum heredis occupat
L. 1. C. de Bon. vacant. & L. 4. C. eod. L. 1. princ. ff. de Success. Edict.
L. 114. §. 2. de Leg. 1. Dn. Richt. de Success. Sect. 5. vid. *Stat. Rig L. 4. c. 7.*
ubi Magistratus ipsò jure ea sibi vindicat. Quorundam tamen here- 81
ditas non ad fiscū, sed ad ea corpora, quorum pars fuere defuncti, *Jur.*
Civ. pervenit *T. T. C. de hered. Decur.* Et sic in Monachi bona suc-
cedit monasterium *L. 20. C. de Episc. & Cleric* in bona militis Legio
L. 2. C. d. t. L. 7. §. 7. in f. ff. de Injust. rupt. & irrit. Quod Jure 82
nostro Statut. secus, ubi omnia bona vacantia, qualiacunqve fuerint,
sive sie *Nahmen haben* ipso jure fisco cedunt vid. *Stat. c. l.* Quantò verò
tempore hereditas in Civitate nostra scil. intra annum peti debeat,
ne Juri Caduci subjiatur, expositum jam *preced. cap. V.*

CAPUT VII.

DE

CONTRACTIBUS ET PRIORITATE
CREDITORUM.

SUMMARI A.

C onnexio.	1	Quomodo re contrahatur obliga-	
Juris ad rem definitio.	2	tio.	10.
Obligatio oritur vel ex contractu	A	Jur. Civ. recessere mores.	11.
vel ex delicto.	3		& seq.
Contractus definitio.	4. & seq.	Contractus reales.	13
Jur. Stat. omnia pacta sunt legi-		De mutuo.	14.
tima.	6	Jur. Civ. & Stat. different.	15. seq.
Omnes res in obligationem deduci		Effectus mutui.	17. seq.
possunt.	7	Jur. Civ. & Stat. differ.	20. seq.
Jur. Civ. & Stat. differ.	8	Intra quantum tempus Debitor	
Contractuum species.	9		con-

condemnatus solvere debeat 22	Rei hereditaria definitio secundum seq. Jus Stat. 93. seq.
Quò beneficiò gaudeat Debitor ob- amctus 24. & seq.	De pretio & consensu in Emtione. 97. seq.
De Commodato. 28	Quomodo traditione consummetur Emtio. 99. seq.
Ejundem effectus. 29. seq.	Venditor tenetur ad evictionem. 104. seq.
De deposito. 33.	De Locat. & Conduct. 113
Quam culpam prestet depositarius. 34. seq.	Ad quid teneatur Locator. 115. seq.
De pignore. 38	Ad quid Conductor. 119. seq.
Quæ res oppignorari possint. 39. seq.	De Locatione operarum. 124. seq.
Hypotheca quomodo constituatur. 42. seq.	Ad quid teneatur Magister navis. 127. seq.
Qua culpa prestanda. 47. seq.	Ad quid Conductores navium. 134. seq.
Judiciale pignus, debitore invitò, constituitur. 50.	Magister pro mercede promissa merces detinere potest. 142. seq.
Pignus seu hypotheca quomodo probetur. 51. seq.	Ad quid teneantur Nauta. 145. seq.
Quomodo distrabatur pignus. 53. seq.	Ad quid teneatur Magister Nautis. 154. seq.
Quomodo dissolvatur, remissivè. 63	Ad quid, ingruente naufragiò. 159. seq.
In quibus obligationibus Fidejusso- res accedere possint. 65	Damnum ob avertendum naufr- gium datum, quomodo & quan- do resarciendum. 164. & seq.
Qui Fidejussionem offerunt 66. seq.	De Emphyteusi. 184. seq.
In delictis non admittuntur Fide- jussores. 71. seq.	Quò jure Emphyteuta gaudeat. 185. seq.
Fidejussores solvete principali li- berantur. 74. seq.	Quando eò privetur. 190. seq.
Non solvete principali, quomodo conveniendi. 76. seq.	De Societate. 193
De Emtione. 85	Quomodo hac administranda. 194. seq.
Qui contractum hunc inire possint. 86. seq.	
In quo consistat Emtionis substan- tia. 90. seq.	

<i>Quomodo dissolvatur.</i>	196. seq.	<i>Remissis literis, Remittens obligatur ad cautionem.</i>	248
<i>Affecuracionis definitio.</i>	203	<i>Literas Cambii tertius quidam honorare potest.</i>	249. seq.
<i>Circa qua versetur affecuratio.</i>	204. seq.	<i>De tempore, intra quod Cambium solvendum.</i>	253. seq.
<i>Sine mercibus subsistere nequit.</i>	205. seq.	<i>Acceptante non solvente, regressus representanti datur contra remittentem.</i>	256. seq.
<i>Est contractus B. F.</i>	215. seq.	<i>Bodmeria definitio.</i>	260.
<i>De periculo suscepto in hoc contractu.</i>	217. seq.	<i>Qui Bodmeriam contrahere possint</i>	261. seq.
<i>Quando teneatur affecurans.</i>	226. seq.	<i>Quando Concursum Creditorum excitetur.</i>	264.
<i>De affecuracione reciproca.</i>	231. seq.	<i>Creditorum collocatio Jur. Civ. remissive.</i>	265. seqq.
<i>De Cambio.</i>	237.	<i>Eorundem collocatio secundum Jus Statut. Rig.</i>	269. seqq.
<i>Tretans obligatur ad pecuniam alibi solvendam.</i>	238.		
<i>Ad quid teneatur acceptans.</i>	239. seq.		
<i>Representans, si litera non acceptentur, protestari debet.</i>	243. seq.		

Egimus in præcedentibus, pro instituti nostri ratione, de Juris in re potissimum speciebus; nempe dominio ejusque acquirendi modis, tam singularibus quam universalibus; Exigit ordo, ab Imperat. præscriptus, ut quoque Jus ad rem paucis tangamus. Est verò illud, ubi res ipsa nobis nondum est devincta, sed tantum persona, & communiter OBLIGATIO dicitur *L. 3. ff. de O. & A. Molina de J. & J. Tr. 2. Diss. 2.* Quæ obligatio oritur vel ex contractu vel ex delicto per §. 2. *Inst. de Obligat.* De contractibus igitur primò agemus, consideraturi, quid de iis speciale Jura Statut. Rig. constituerint. Est verò contractus conventio, suâ naturâ obligationem efficacem producens *L. 7. §. 1. ff. de Pact.* In eo à pacto legitimo differens, quod & illud actionem producat, non tamen ex sua natura, sed ex assistentia Legis *L. 6. ff. de Pact.* Et hac ratione juxta dispositionem Jur. Statut. nostri omnia pacta legitima seu vestita, dicenda erunt, cum iis indistinctè obligandi vis tributa, vid. Stat.

- 7 *Lib. 3. cap. 5. §. 1.* In obligationem deducere licet omnes res, de quibus licet pacisci, tam corporales quàm incorpales. *pr. Inst. de Inut. Stipul.* tam universales quàm particulares *t. t. ff. & C. de hered. vel act. vend.* imò etiam futuras *L. Nec Emptio 8. princ. ff. de Contrab.*
- 8 *Emt. Jure Stat. Rig.* in quantum rerum hereditariarum immobiliù habenda sit ratio, ut ea sine consensu propinqvorum alienari non possint, cum de his jam quædam superiùs adduxerimus, nos hîc ei non immorabimur.
- 9 Contractuum species quatuor ab Imperat. constituuntur *in §. 2. Inst. de Obligat.* Aut enim re contrahuntur, aut verbis, aut literis, aut consensu, de quibus singulis juxta ordinem agemus. Re Contrahitur obligatio, quando res ex Conventionione tradita initium præbet obligationi *L. t. §. 2. ff. de Rerum permut.* In quo tamen mores à Jure Comm. recessêre, quod hodie ex sola promissione, etiam ante rei traditionem, inducatur obligatio pariter valida & per consequens actio, quàm si solennis contractus esset celebratus *Mev. P. 5. Dec. 408. Carpz. P. 2. C. 19. Def. 17. n. 8. & P. 2. Dec. 146. n. 2. Dn. Præl. in Cautel. Contract. Sect. 1. cap. 4. §. 5.* si non vi contractus realis, sine dubio vi pacti. Et hinc notanter asseruit Dn. Præl. *in Not. ad §. 2. f. de Oblig.* Hodie omnem contractum in effectu esse consensualem; Nam, si ex omni pacto honesto datur actio, cui & Statut. Rig. correspondere dixi, cur non obligaretur, qui se pecuniam mutuo daturum promisit, si hæc promissio ab altero acceptata. Contractus hujus ab Imperat. quatuor constituuntur species Mutuum, Commodatum, Depositum Pignus *T. T. Inst.*
- 14 *Quib. mod. re contrab. oblig.* Est verò MUTUUM, quando res fungibilis ita datur, ut eadem in genere restituatur *B. Brunnem. in Reperit. Pamt. ad Wesenb. q. 6. de R. C.* Et quamvis mutuum dare possint omnes, qui contrahere *L. 32. ff. d. t. & accipere iidem;* imò & foemina, quæ omnem contractum Jure Comm. validè celebrare potest, nisi pro alio fidejubendò aut simili modò intercedat, tunc enim vi *SCr. Vellej. liberatur t. t. ad SCr. Vellej.* Jure Stat. Rig. tamen Uxori mutuum contrahere non concessum, nisi Mariti consensus accedat *v. Stat. L. 3. cap. 6. §. 5.* Quemadmodum verò mutuans rem ita tradere debet, ut accipientis fiat *pr. quib. mod. re cont. obl.* ita quoque & accipiens obligatur ad rem restituendam ejusdem generis

generis seu naturæ. Si tamen nullum damnum pateretur Creditor 18
 & necessitas Debitoris urgeret, Creditor omninò cogi posset, etiam
 aliud diversæ naturæ accipere, per *L. 8. ff. de Condiçt. furt. L. 99. ff.*
de Solut. Donell. *Lib. 19. cap. 9.* Motz. *de Contract. c. 5. n. 14.* Casum 19
 necessitatis suppeditant *J. Stat. d. L. 3. c. 9. §. 3.* ubi Creditor à Debitore
 debitum fatente pignus oblatum quidem non tenetur accipere, cum
 aliud pro alio non solvi nec pignus creditori invito obtrudi possit
Mev. P. 4. D. 304. n. 1. Si tamen Debitor juramentò asseveret, sibi
 nulla alia bona, ex quibus ipsi satisfacere posset, superesse, oblatum
 Creditor accipere debet. *d. §. 3.* Quodsi autem mutuatarius rem in 20
 eodem genere vel bonitate restituere posset, in restituendo tamen mo-
 ras neceteret, Jura actionem Creditori ad 30. annos concessère, intra
 quod debitum suum petere possit, per *L. Sicut 3. C. de Prescript. 30.*
l. 40. ann. Jure Stat. Rig. duobus in casibus brevior præfigitur ter- 21
 minus scil. anni & diei, de quibus *cap. V.* jam egimus.

Actione legitimè institutâ, debitori ad solvendum condemna- 22
 to Jure Civ. regulariter tempus quadrimestre conceditur, quò intra
 illud pecuniam sibi comparare possit *L. 9. C. de Execut. Rei Jud L. 2.*
C. de Usur. Rei Jud. Non enim Creditorem decet cum sacco para-
 tum in judicium venire *L. Quod dicimus in eo 105. ff. de Solut.* Jure 23
 nostro Statut. distingvendum; an Civis Civì, vel an hospes hospiti,
 & Civis hospiti debitum exsolvere debeat. Illo casu obtinet ter-
 minus Civibus concessus *Bürgerliche Frist*; Hoc casu, probatâ pec-
 unia numeratione, debitòque liquidò confessò hospes hospiti, ut
 & Civis hospiti, & vice versa, pro modo juris hospitii intra duorum,
 dierum spatium debiti exsolutionem præstabit, quò non observatò,
 Executio à Judice mandari potest. vid. Stat. *Lib. 3. cap. 6. §. 1.* Si verò 24
 bona non adsint, in quæ executio fieri possit, Jure Civ. debitor fle-
 bili beneficio Cessionis bonorum *L. 7. L. 8. C. Qui bonis ced. poss.* ju-
 vatur, per quam à Carcere, imò à gravissimis cruciatibus, se liberare
 potest. *L. 4. C. Qui bon. ced. poss.* Jure Statut. Rig. rigor ille LL. 25
XII. Tabb. recruduit, cum illud Creditori concessit facultatem De-
 bitorem obæratum, qui neque solvendo, neque aliorum fidejussione
 se juvare potest, in carcerem detrudendi vel eundem privatim in-
 domo sua custodiendi, vid. Stat. Rig. *L. 3. c. 2. §. 4.* Imò & petendi,

26 ut sibi ad serviendum adstringatur vid. Stat. Lib. 2. c. 32. §. 12. Ut
 verò ab hac servitutis specie omni modo se liberaret, permisere Sta-
 27 tuta, ut Uxoris vestimenta meliora quoque in solutum offerre pos-
 sit, minimè verò ipsam Uxorem tanquam Fidejussorem incarceran-
 dam tradere. *d. cap. 6. §. 4.* Fœminæ enim gaudent eò privilegiò,
 ut propter debita carceri mancipari nequeant, vid. Statut. L. 2.
cap. 32. §. 13.

28 COMMODATUM est, quò res aliqua ad certum usum gratis alicui
 conceditur, finitò illo in specie restituenda §. 2. *Inst. Quib. mod. re*
 29 *cont. obl. L. 1. L. 17. L. 5. §. 8. ff. Commodat.* Si autem res, finitò usu,
 in eodem statu reddi nequeat, vel quod deterior reddita fuerit, vel
 quod plane perierit, illò casu tenetur rem Commodator, oblatò
 simul quod interest, recipere *arg. L. 3. §. 1. d. t. modò deterioratio*
 30 *non sit enormis, quæ usum rei impediatur Bachov. tb. 2. in fin. Hoc*
casu, si res commodata plane interierit, æstimatione à Commoda-
tario est præstanda L. 17. §. f. d. t. vid. Frantzk. ad b. t. n. 39. Matth.
Coler. Decis. 7. cum quo convenit Jus Statut. Rigenf. Lib. 3. cap. 7.
 31 *Ad quam æstimationem verò tum demum tenetur, si suâ culpâ res pe-*
rierit d. c. 7. & quidem levisimâ, cum sui solius gratiâ rem commo-
 32 *datam acceperit v. L. 5. §. 2. & L. 18. ff. d. t. Quodsi verò Commo-*
datum casu fortuitò consumptum, commodatarius ad restituendam
ejus æstimationem condemnari non poterit; concordat Jus Stat. Rig-
d. t. Casus enim fortuitus in nullo contractu præstandus, dum-
enim alteri nihil imputari potest, res utique suo perit Domino L. 23.
ff. de Reg. Jur. L. 6. & 9. C. de Pignorat. act.

33 DEPOSITUM est, quò res alicui gratis custodienda traditur,
 adeò, ut quandocumque deponenti libuerit, ea rursus in specie resti-
 tuatur L. 1. L. 24. ff. *Depos. §. 3. Inst. quib. mod. re cont. obl. Caroc.*
 34 *Tract. de Depos. cap. 2. Mev. P. 3. D. 54. n. 2. Cum verò in deposito*
tantum deponentis versetur utilitas, depositarius tantum præstabit
dolum & culpam latam L. 5. §. 2. Commod. L. 23. de Reg. Jur. L. 1. §. 8.
& ult. b. t. L. 16. de Condit. furt. Carpzov. P. 2. Decis. 41. n. 11. Ferd.
 35 *Ar. de Mell. Var. Resol. L. 2. c. 24. n. 12. Unde patet, haud teneri depo-*
sitarium, si res deposita incendiò, furtò, & aliis casibus fortuitis
perierit, neque obligari, eam suis præferre, quando utrasque salvas
 facere

facere nequit, *arg. L. 5, S. 4. ff. Commod. Caroc. d. Tr. c. 2. Scotan. D. 35. tb. 5.* In quo recedit Jus nostrum Statut. *Lib. 3. cap. 8.* vi cujus depositarius, si casibus enarratis res perierit, obligatur juramento asserere, sibi una cum re deposita etiam de suis ejusmodi res periisse. Si verò animalia ad educandum data interierint ex Jur. Statut. *cit. loc.* tenetur depositarius juramentò se purgare, quòd sine suâ culpâ extincta fuerint, simul habitâ ratione circumstantiarum. In quibus casibus autem & de Jure Civ. non sufficiat, solam latam præstare culpam vid. *Frantz. ad h. t. n. 38. & 72. & 95. Wissenb. tb. 25. Struv. Exerc. 21. tb. 25.*

Ultimum ex Contractibus realibus est PIGNUS, quòd debitor in securitatem crediti rem creditori tradit, solutò debito in specie restituendam, *L. 1, S. 4. ff. de Pact. §. 4. I. quib. mod. re contr. obl. L. 1. ff. de Pignorat. act.* Mercur. Merlin. *Tr. de Pign.* Bachov. *Tract. de Pign.* In securitatem autem pignoris tradi possunt omnes res, quæ in libero sunt dominio. Et hinc tantum res propriæ *L. 20. ff. de Pignorat. act. t. t. C. Si res alien. pign. dat.* minimè alienæ, *Mev. Part. 8. Decis. 371. n. 2. & 3.* Has enim qui sciens oppignorat, Crimen Stellionatus committit, *Zoel. ad b. Tit. n. 5.* Aliud tamen obtinet, si quis in re aliena jus aliquod habeat, ex quo oppignorandi facultas ipsi indulta; Sic Creditor rem sibi oppignoratam rursus alteri pignori dare potest *L. 1. & 2. C. Si Pign. L. 40. S. fin. ff. de Pign. act.* Cum quo convenire videntur Statut. Rig. quæ aurigis nautis & aliis opificibus permittunt, res alienas, quas vixerunt, vel in quas operam suam impendèrunt, oppignorare, non tamen ultra mercedem promissam sub arbitraria pœna *Lib. 3. c. 9. §. 2.* cum tantum quoad mercedem jura retentionem ipsis concedant, & sic ultra hanc jus nullum in rebus talibus iis comperat.

Constitutionem hypothecæ quòd attinet, ea perficitur Jure Comm. solò contrahentium consensu, sine Judicis autoritate, æq; efficaciter, atque si hæc accessisset, *L. 1. ff. de Pact. L. 1. ff. de Transact.* Jure Statut. Rig. verò ad validam oppignorationis rerum immobilium efficaciam requiritur, ut coram totius Senatus confessu fiat, & publico libro seu actis insinuetur, v. *Lib. 2. cap. 35.* concordat Jus Lub. *Lib. 3. Tit. 4. art. 1.* Requisita vid. *d. c. 35. §. 1.* Non enim

- enim sufficit, si hypothecam publicam constituturus, probare possit, ex justo Titulo se rem immobilem oppignorandam possidere, sed & probare debet ex Protocollis, in publico judicio sibi rem publicè assignatam esse, *d. §. 1. & Lib. 3. cap. 9. §. 5.* Et cum Jure Civ. hypothecæ ex Instrumento, trium testium subscriptionem habente, probatæ pro publicis habeantur, & publicarum vim habeant, *per L. Scripturas. 11. & Auth. sequ. C. Qui pot. in pign. vel in hypoth.* Gabriel. *de Probat. Concl. 11.* Brunnem. *in Comment. ad d. L. 11.* nihilominus tamen Jure Stat. Rig. postponendæ forent hypothecæ coram Senatu confectæ. Quæ & hunc effectum habet, ut, licet aliquis eò tempore, quo hypotheca coram Senatu constituitur, accedat, sibiqve antiquius jus in re oppignoranda competere asserat, deqve jure suo conservando sibi caveat, ille quidem admittatur, sed intra annum & diem jus suum deducere debet, quò præterlapsò, protestatio facta nihil prodest, & posterior publicam hypothecam habens ipsi nihilominus præferendus, v. Statut. Rig. *Lib. 2. c. 35. §. 2.*
- Præstat Creditor in hoc contractu pignoratitio tantum culpam levem, cum utriusq; subsit utilitas, *L. 5. C. b. t. L. 15. ff. d. t.* Casum verò præstare non tenetur, cum ipse Debitor adhuc sit Dominus rei pignori datæ, res autem pereat suo Domino. *L. 6. & 8. C. de Pign. act.* Nisi in se receperit casum *d. L. 6. & 7. §. 15. ff. de Pact.* vel culpa casum præcesserit, *L. 5. §. 4. & 7. ff. Commod.* vel Creditor propria autoritate occupaverit, *L. 30. de pign. act.* In quo contrariatur Jus Statut. Rig. *Lib. 3. cap. 9. §. 5.*, ubi quidem dispositum, quod Creditor, casu fortuito pignus, vel animal quoddam pignori datum, amittens, si juramentò se à culpa purgaverit, Debitori respondere non teneatur, sed & insuper, amissione pignoris, executionem debiti, pro quo pignus obligatum erat, amittat, ita, ut Debitor planè liberetur, nisi conventionione aliud inter eos initum probari possit, *d. l.*
- Diximus in præcedenti, debitorem Creditori rem oppignorare debere, quod tantum de pignore conventionali intelligendum; Judiciale enim, Debitori quoque invito, ob Executionem rei judicatæ Creditori à Judice constituitur, v. *Franzk, ad b. t. n. 2.*

Mev. P. 7. D. 297. n. 7. Concordant Statut. Rig. *Lib. 2. cap. 35. §. 3.*
 Qvò verò judicialis illa hypotheca vim publicæ habeat, requiri- 51
 tur Jur. Statut. ut Creditor, impetratâ hypothecâ in judiciò infe-
 riori, expressè coram toto Senatu, *uti num. preced. dictum*, eam
 sibi assignari curet, *d. §. 3.* Si igitur à Creditore hypothecæ con- 52
 stitutio probanda, si publica fuerit, ad acta recurrere potest,
 vel per alia documenta, vel, si sine scripto confecta per duos testes
 exceptione majores eam probare debet. Pignus verò traditum
 esse per juramentum docere potest. v. Stat. Rig. *L. 3. d. c. 9. §. 2.*

Probatò pignore, & Debitore solutionem protrahente, con- 53
 cedunt Jura Creditori facultatem pignus distrahendi, *L. 7. §. 1. de*
Reb. cor. qui sub Tut. L. 8. de Distract. L. 3. §. ult. qui pot. in pign. in-
 vitò etiam Debitore *L. 2. C. debit. vend. pig. imped. non poss.* Qvoad 54
 distractionem pignorum extrajudicialium tamen probè attenden-
 dum, an pactum adjectum, ubi statim vendi potest, modò dies
 adjecta *L. 12. C. de Conturb. Sripul.* vel interpellatio Creditoris facta.
L. 1. C. de Pign. L. 32. ff. de Usur. ut ita in mora constituatur Debitor
L. 7. de Pign. act. L. 14. C. de Distract. pign. Si verò pactum nullum, 55
 intercessit, unâ denunciatione interpositâ, pignus vendi potest, *L.*
fin. §. 1. C. de J. domin. impetr. Si conventum, ut non vendatur, non 56
 quidem distractio impeditur, sed trinâ vice denunciandum.
 Debitori, ut luat, *L. 4. ff. de Pignor. act.* Negus. *P. 6. membr. 1.*
n. 3. Bach. Vol. 2. Disp. 1. tb. 8. Lit. C.

Jura Statut. Rig. qvòd attinet, ea quoque hic recessisse viden- 57
 tur, dum Creditor Civis, si pignora ab extraneo obligata habeat,
 quæ ille justo tempore non luit, illi prius denunciare & judiciali-
 ter per citationem notificare, illud licitare, taxare, &, ut sibi ad-
 judicetur, petere debet, Eâ tamen sub conditione, ut, pignore 58
 venditò, superfluum Debitori restituatur; qvoad residuum au-
 tem, si forsan pignus venditum non sufficiat, Creditori actio
 reservetur, vid. *Lib. 3. c. 9. §. 4.* In hoc correspondet Juri Civ. il-
 lud enim qvòd superest, semper cedit debitori, Mev. P. 7. D. 110,
 n. 4. Alius distrahendi modus præscribitur *lib. 2. cap. 32. §. 14. §.* 59
15, qui, cum d. §. 4. c. 9. egit de distractione pignoris ab extraneo
 obligati, meritò de pignoribus à Civibus invicem datis intelli-
 gendi

- 60 gendi erunt. In qua distractione quoque Jur. Civ. dispositio non in omnibus attenditur: Tenetur enim Creditor, si ultra conventum tempus pignus retinere nolit, sed solutionem suam expetat, Judici id indicare, & in publicis Judiciis diebus coram Judicio inferiori pignus simul primâ, secundâ & tertiâ vice publicè ad impetrandam executionem licitare; adhuc petere, ut illud protocollo inferatur & Debitori judicialiter notificetur. Si his factis Debitor ad reluendum non sit paratus, Creditor, præviâ Citatione Debitoris, judicialem pignoris taxationem exigere, & factâ taxatione, ad quam Debitor denuò citandus, petere debet, ut terminus Debitori ad luendum præfigatur, vel si deficiat, ut sibi in solutum detur, in tantum, in quantum juxta taxationem sufficiat pignus. Quò factò Judex spatium 6. Septimanarum debitori ad reluitionem decernit, & deinde Creditori executionem, una cum adjudicatione pignoris in restantes usuras à 6. pro centum & ipsum Capitale sine ulteriori dilatione præstat. De distractione pignoris prætorii seu ob immissionem facti commodius, *cap. ult.* agere licebit.
- 63 Subjiciendi quoque essent adhuc alii modi, quibus pignus vel hypotheca dissolvatur, verùm cum de iis nihil in Jure Stat. reperimus ad *T. T. ff. Quib. mod. pign. vel hypoth. solv.* ibique commentantes nos remittimus.
- 64 Consideravimus hucusque Contractus reales, jam ad verbales descendimus, de iis tamen acturi, quatenus eorum in Jur. nostro Stat. mentio fit. Et, cum, omissis stipulationibus, DE FIDEJUSSORIBUS pauca adducantur, ea hic perlustrabimus. Adsumi possunt, Fidejussores omnes etiam absentes, Hering. *de Fidej. c. 11. n. 82.* in omnibus obligationibus, sive re, sive verbis, sive literis contractæ fuerint, *per §. 2. Inst. d. t.* imò etiam pro dote solvenda promissa, *de quib. act. c. præc. V.* Et cum Jure Civ. possessores rerum mobilium cautionem interdum offerre teneantur, & hic accedere possunt, cum quo convenit Jus Statut. Rig. *Lib. 3. c. 14. §. 1.* ubi Debitor obligatur in judicio Fidejussoribus cavere, se intra judicialiter præfixum terminum soluturum. A qua Fidejussione offerenda tamen excusantur rerum immobilium possessores. *L. 2. cap. 8. §. 3.* modò bona ultra debiti quantitatem non sint gravata. *per d. c. 14. §. 2.* In quo correspondet
- Jur.

Juri Civ. per L. Sciendum. 15. ff. Qui satisd. cog. Sufficit quoque hinc 68
 possessio, licet non Titulò domini directi, sed tantum utilis, pos-
 sideat, ut Emphyteuta, Vasallus, Carpzov. *P. 1. Const. 5. D. 20. Mev.*
P. 8. Dec. 421. n. 5. concordat Jus Stat. *Lib. 3. c. 13. §. 3.* Et quamvis 69
Mev. P. 2. Dec. 257. velit, quod, si possessio immobilium vix videat-
 tur sufficere, juratoria cautio adjungi possit, illud tamen Jure Stat-
 tut. procedere vix puto, *juxta d. §. 2.* ubi debitor, si bona ultra quan-
 titatem debiti non gravata, tantum excusatur: Et hinc, si bona non
 sufficerent, ad satisfactionem obligaretur, cautioque juratoria vix
 admitteretur. Ad hanc rerum immobilium possessionem Carpzov. 70
in Proc. Jur. Sax. Tit. 9. art. 5. n. 70. existimat sufficere, si in eadem
 Provincia quis talia bona habeat, quod tamen Jure Statut. Rigens,
 secus, ubi expressè *L. 2. c. 8. §. 3.* exigitur, ut bona sub Civitatis
 Magistratus Jurisdictione sita sint.

Non tamen admittuntur Fidejussores in delictis seu Crimini- 71
 bus, pro quibus poena corporis afflictiva imponenda venit; mul-
 tominus Carceratus, datis Fidejussoribus, relaxandus *L. Divus. 3.*
ff. de Custod. reor. Farin. qu. 33. n. 48. Damboud. in Prax. Crim. cap. 20.
n. 4. Carpzov. in Pr. Crim. qu. 112. n. 34. Anton. Gomez. Tom. 3. Var.
Resolut. c. 9. n. 8. Cum quo convenit Jus Statut. Rig. *Lib. 3. c. 14. §. 5.* 72
 hoc speciale subjiciens, quod consensu actoris id fieri possit, in quo
 à Jure Civ. recedit. Fures verò prædones & homicidæ tam Jure, 73
 Civ. quam Jure Statut. *d. §.* nullo modo sub fidejussione sunt di-
 mittendi.

Hæc obligatio Fidejussoria verò, cum sit accessoria, *L. 1. § 8.* 74
ff. de O. & A. §. Fidejussio. 5. J. de Fidej. L. bi qui accessionis 34. ff. d. t.
Carpz. P. 3. Dec. 251. n. 18. 19 sublata principali, quoque tollitur;
 Sic si debitum sublatum præscriptione, *Mev. Part. 4. Decis. 189.* &
 ipsa Fidejussio quoque sublata erit. Similiter si quis de judicio si- 75
 sti fidejusserit, ipseque se stiterit, Fidejussor liberatur, vid. Statut.
Rig. d. c. 14. §. 3. Si verò judicialiter sistendus moriatur, liberatur
 & tunc fidejussor *d. §. 4.* cum ipsi nulla culpa imputari possit.
 Quodsi autem Debitor non solvendo, obligatur Fidejussor Creditori 76
 ad id, quod tempore Fidejussionis in obligatione principali fuit.
L. 10. C. b. t. tam ratione sortis quam usurarum *L. 16. §. 1. b. t. d. L. 10.*

add. Hercul. Marefcot. *Var. Refolut. Lib. 2. c. 19. n. 10.* v. Statut. Rig. *d. L. 3. c. 14. § 1.*

- 77 Conveniendus & excutiendus tamen primò Debitor, cum Fidejuffor Jure novò gaudeat beneficiò Ordinis feu excuffionis Nov. 4. & Auth. Præfente *C. b. t. Coler. de Proceff. Execut. P. 1. c. 10. n. 308.*
- 78 Carpzov. *P. 2. C. 18. Def. 11. n. 14.* Si verò plures adfint Fidejuffores, finguli in folidum obligantur §. 4. *J. d. t.* In qvo difcrepat Jus Statut. Rig. dum omnes tantùm pro parte vel qvotâ fuâ obligati dicuntur *d. c. 14. §. 6.* Et licet hoc Beneficium Epiftola Divi Hadriani Fidejufforibus qvovqve concedat, ut fcil. non nifi pro parte conveniri poffint, *d. §. 4. J. b. t. L. 26. 27. 28. 51. ff. b. t.* In eo tamen adhuc latitat differentia, qvòd Jure Civ. Exceptione divifionis, Jure
- 80 Statut. verò, ipfo jure hoc beneficium nancifcantur. Qvòd beneficium tamen Fidejuffores amittunt, fi fub Clausula: *Einer vor Alle/ingefamt / fidejufferint*, vid. Statut. Rig. *d. §. 6.* ita ut Creditori liceat, à qvovcunqve velit, integram fummam expetere. Qvòd fecus Jure Civ. ubi nihilominus beneficiò divifionis Fidejuffores, etiam fi clausula dicta adjecta fuerit, gaudere defendit Struv. *in Syntgm. J. C. Exerc. 47. tb. 44. ex L. 3. C. de Fidej. Dn. Præf. in Gaut. Contract. Neceff. Sect. 2. c. 6. §. 25.* Si autem Fidejuffor conventus, totum debitum folverit, qvantum à confidejufforibus repetere poffit, vid. ap. Ferd. Ar. de Mes. *Var. Refol. Lib. 1. c. 23. n. 14.*

- 83 De LITERARUM OBLIGATIONIBUS, juxta præfcriptum ab Imperat. ordinem, agendum nunc foret; verùm cum de iis Jura Statut. Rig. nihil fpeciale fibi conftituere, eas difpofitioni Juris Civ. linquentes, obligationum, qvæ ex confenfu oriuntur, tractationem aggredimur. Fiunt verò confenfu obligationes in Emtionibus, Venditionibus, Locationibus, Conductionibus, Societatibus, & Mandatis.
- 84 Est itaqve EMTIO contractus de re cum certo pretio commutanda
- 85 *L. 8. ff. de Contrab. Emt. princ. Inf. de Emt. Vend.* Ineunt hunc contractum, qvi confentire, & bona fua adminiftrare poffunt: Ex fpeciali tamen ratione nonnulli prohibentur, qvos vid. *in Struv. Synt.*
- 87 *J. C. Exerc. 23. tb. 3.* Jure noftrò Stat. prohibentur Fœminæ emere, vendere, fine confenfu mariti, nifi *Strickwerck / Letzward / Flocht / Wolle / Wollarten / und Spinrocken / cœtera*, fi qvæ emerint, Mari-

tus ad solvendum non obligatur. v. *Lib. 3. c. 11. §. 8.* Ea tamen quæ sine consensu emerunt, vendere cum Viri assistentia ipsis permisum. Si verò fœmina mercatrix, h. e., quæ fenestram & tabernam 88
habet apertam, pondus, libram, mensuram, modium, numerum & ulnam, mercesque venum exponit *d. L. 3. cap. 6. §. 5. & cap. 11. §. 8.* quædam emerit, pretium sine mora cum marito solvere debet, *d. §. 5.* quippe ex communi negotiatione pro se invicem obligantur *Mev. P. 2. Dec. 206. n. 3.* Illud præterea speciale continet Jus Statut. Rig. 89
quod nulla res immobilis Catholicis, monasticam vitam amplectentibus, vendi possit, *L. 3. c. 11. §. 5.*

Consistit substantia hujus contractus in re, pretio, & consensu. 90
Res emi vendique potest quælibet, quæ in commercio *L. 34. §. 1. b. t.* tam mobilis quàm immobilis Jur. Civ. ab eo, qui dominium rei habet. Jure nostro Statut. secus esse, quoad res immobiles, 92
illasque sine consensu propinquorum vendi non posse, *jam supra notavimus cap. V.* Dicitur verò res hereditaria res immobilis scil. quam 93
Vir & Uxor sibi comparavere, tum demum, si unus ex illis è vivis discedat; Quamdiu verò uterque superstes, eam rem rursus alienare Statuta ipsis simpliciter permisere; Si verò maritus superstes, 94
Uxore mortuâ, & vice versâ, cessat illa facultas alienandi, & res tunc facta est hereditaria. Si igitur talem rem pars superstes, vel 95
unus ex heredibus alienare velit, obstringitur eam duobus proximis agnatis, ab utraque parte, tam Patris quàm Matris, offerre, qui, si juri suo cedere velint, licitum illi est, pro lubitu plus licitanti eandem tradere *d. §. 1.* Quod si autem necessitas concurrat, 96
quæ ante alienationem probanda, propinquorum consensus non requiritur Stat. Rig. *Lib. 3. cap. 11. §. 4.* Necessitas enim Legem non habet *L. 1. C. ut nemini. lic. lib. 10. Gail. L. 1. Obs. 102. n. 6. & seq. Carpz. Decis. 4. n. 20. & Dec. 21. n. 12.* Pretium quod attinet, illud 97
certum esse debet *L. 36. L. 72. §. 1. Contrah. Emt. L. 8. C. eod.* consistens in pecunia numerata *§. 2. f. b. t. L. 1. §. 1. eod.* His si tertium 98
accedat requisitum, consensus scil., Emtio est perfecta, ita, ut à nullo rescindi possit *pr. f. b. t. L. 4. & 14. C. de Rescind. vend.* concordant Stat. Rig. *d. c. 11. §. 1.* Consummatur verò per traditionem, vi 99
cujus dominium rei traditæ Emptor consequitur, *Mev.*

- 100 *P. 8. Decif. 23. n. 1.* cum quo convenit Jus Stat. Rig. *lib. 3. c. 10. §. 1.* In rebus immobilibus verò, præter traditionem, judicialem resignationem requirit *d. c. §. 6.* in quo Stat. à Jure Civ. recedere jam.
- 101 *cap. V.* notavimus. Traditæ autem res non aliter Emtori acquiruntur, quàm, si is venditori pretium solverit, vel aliò modò ei satisfecerit, veluti expromissore, *§. 41. Inst. de R. D.* Conditio enim hæc dominii translationem impedit, *L. 8. ff. de Reb. Cred.* Mev.
- 102 *P. 4. D. 206.* Quodsi tamen Venditor Emtoris fidem secutus fuerit, res vendita, ante pretii solutionem, statim Emtoris fit *d. §. 41. Bich. Decif. Rot. Rom. Dec. 552. n. 4. & Decif. 204. n. 16.* Cum quo convenit Jus Stat. Rig. *d. c. 11. §. 2.* ubi Venditor, fide semel habitâ, quod ex verbis, also creditiret / daß er auch das Gut an des Kaufers Wehre gebracht / patet, ab Emtore postea Fidejussores propter
- 103 futuram solutionem expetere non potest: Nisi notorium, Emtorem tanquam haud possessionatum è Civitate secesurum.
- 104 Quemadmodum igitur Emtor pretium dare, ita quoque Venditor ultra traditionem, & ad evictionem ex natura contractus, etiamsi nihil expressum, præstandam obligatur, *L. 11. §. 2. de Act. Emt. L. 6. C. de Evict.* Mangilius in *Tract. de Evict. Quest. 151. n. 7. & quest. 21. n. 14.* Hercul. Marefcott. *Var. Resol. L. 2. c. 19. n. 14.* Ea
- 105 enim, quæ tacitè insunt, non opus est, ut exprimantur. Tenetur itaq; Venditor, re evictâ, Emtori non tantùm ad pretium rei restituendum, Mangilius *d. quest. 151. n. 13.* sed & ad interesse rem evictam non esse, Mev. *P. 1. Decif. 115. n. 2. L. 6. L. 9. L. 25. C. de Evict. L. 17. C.*
- 106 *eod.* Ad quam evictionem præstandam usque ad 30. annos Venditor obligatur, *arg. L. 3. de Prescript. 30. annor.* Quod Jure nostrò Statut. secus, ubi, postquam à Venditore res immobilis Emtori,
- 107 in publicis Judiciis diebus, publicè assignata, tantùm ad annum & diem de evictione tenetur, *d. c. 11. §. 1.* Intra præscriptum tempus enim, si res à nemine evincatur, publica ista assignatio, vim judicati obtinet *d. c. §. 7.* Si autem intra illud tempus Jus sibi in rem venditam competere aliquis asserat & obtineat, præstant Venditor ejusque Fidejussores Emtori omne damnum & interesse, & ab
- 108 unaquaque decima marca unam ad emendationem tribuit. Conveniri quoque potest Venditor, ex *Ædilitii Edicti parte secunda,*
- si ju-

si jumentum vitiosum vendiderit, *L. 38. princ. & §. 5. ff. de Edil. Edict.*, *L. 1. §. 7. d. t. L. 101. de V. S.* illudque Emtor intra semestre spatium *L. 38. princ. de Edil. Edict.* (in quo differt à Jur. Stat. Rig. ubi intra octiduum redhibendum *d. cap. 11. §. 3.*) redhibuerit, ad pretium restituendum *L. 27. & 29. d. t.* Enarrantur verò vitia in Statutis nostris, *Rogige/ Hauptsiehe/ Staarblinde/ und Eetige.* Illud præterea speciale observandum quoad Statuta nostra *d. §. 2.* quod emens jumentum, & tribuens solidum, etn *Gottespfennig/ Emtionem* per totam diem revocare possit; Si verò nox intercesserit, additus ille solidus contractum reddat irrevocabilem (nisi unum ex enarratis vitiis subsit.) In quo à Jure Civ. recedit, ubi mox, cum de re & pretio consensere contrahentes, uti dictum, contractus est irrevocabilis.

Emtioni & Venditioni proximam esse LOCATIONEM & CONDUCTIONEM iisdemque Regulis consistere dicit *Imperat. in princ. Inst. Locat. Cond.* Agitur in ea de præstando certæ rei usu aut præstanda opera personæ pro certa mercede *L. 14. L. 22. §. 1. 2. b. t. princ. 7. d. t.* Obligatur itaque locans Conductori rei usum, ad præfinitum tempus, præstare *L. 32. C. b. t. L. 15. pr. ff. d. t.* In certis tamen casibus, etiam invitum, expellere Jura permittunt v. *L. Aede 3. C. Locat. Cond. & si ædes in solutum dari necessitas exigat Mev. P. 4. Dec. 68. n. 244.* vel, si locans finitò terminò rem locatam vendat *per L. 9. C. d. t.* ob vulgatissimam Regulam *Kauff gehet vor Miesche.* *Mev. P. 5. Decis. 340.* Stat. Rig. *d. L. 3. c. 12. §. 2.* Extra hos verò casus si sc. ante elapsum terminum domus vendita locans Conductori tenetur ad omne damnum & interesse *L. 24. §. 4. L. 30. L. 33. ff. d. t. Mev. P. 1. Dec. 54. Carpzov. P. 2. C. 37. Def. 17.* Concordant Stat. Rig. *d. §. 2.* Et quamvis Jur. Civ. necessaria quidem denunciatio voluntatis, ut contractus finiatur; Certum tempus tamen ei non præfixum, sed quolibet tempore fieri potest *L. Item queritur 13. §. qui impleto 11. ff. ibiq; Dd. b. t. Mev. ad Jus Lub. lib. 3. tit. 3. art. 2.* Quod secus Jur. Stat. Rig. ubi ex recepta veteri consuetudine per semestre anni spatium denunciatio, ut finis locationis sit, præcedere debet, quæ si non præcesserit, conductor ad cedendum compelli nequit *d. §. 2.*

vel merces deteriorata, cum culpa ipsi imputari non possit Stat. Rig. *d. §. 12. arg. L. 15. §. 2. ff. d. t.* Stypman *d. l. n. 222.* Tenetur quoque Magister Navis, si plus iusto navem oneravit Stat. Rig. *d. L. c. 4. §. 1. L. un. C. Ne quid oner. publ.* Stypman. *c. l. n. 211.* In eo tamen recedunt à Jur. Civ. Statuta, exigentia, ut monitum aliquod præcedat, illudque à Magistro spernatur *d. §. 1.* Liberatur verò Magister navis ab omni culpa, si mercator navim ingrediens, animò merces suas recipiendi, dolium, cui vinum, oleum aliæque fluidæ materiæ inclusæ, ter digito pulsaverit, illudque extrahi jusserit, ita ut mercator ab eo tempore obligetur, vel integram mercedem præstare, vel permittere, ut à Magistro retineatur. At, quid si in extrahendo damnum, ruptò scilicet laqueo contingat, solus Magister, si à Nautis interrogatus, an laqueus ille sufficeret ipseque affirmaverit, ad omne damnum tenetur; si verò Nautæ Magistrum non interrogaverint, damnum soli Nautæ resarcire debent *d. c. 2. §. 13.*

E contrario exigunt quoque Jura Civ. & Stat., ut Conductores Navium contractum omni ex parte impleant, plenamque vecturæ mercedem solvant. Hinc si quis navim conduxerit sub conditione & promissio totam eam onerandi, quam tamen non plene mercibus onerat, nihilominus promissam præstare debet mercedem Marquard. *de Jur. Mercat. L. 2. c. 10. n. 21.* correspondet Jus Statut. Rigeni. *Lib. 5. cap. 3. §. 3.* Nisi aliter inter eos convenerit *d. §. 3.* Idem ferè obtinet, si mercator promiserit, intra certum tempus inferre merces in navim, nec id fecerit, ita ut Magister Nautæque impediti fuerint tunc præstabit interesse, de quo Nautæ quartam, Magister, qui ipsis alimenta præbuit, reliquas tres partes capit vid. *d. c. 3. §. 4.* Si verò paratâ navi ad navigandum, vacuum navis spatium ipsi Conductori vel aliis mercatoribus intra portum ostenderit Magister, ad integram vecturæ mercedem Conductor obligatur *d. c. 3. §. 5.* cui correspondet Jus Comm. *arg. L. 24. §. 2. & L. 15. §. 2. ff. Locat.* Modò non Magister navis vacuum illud spatium aliis mercibus absque omni impedimento implere potuerit v. Stat. Rig. *d. c. 3. §. 5.* Verùm, si mercator merces quidem intulerit, eas tamen rursus extrahere desideraverit; Magistro nihilominus integram mercedem exsolvere debet *d. c. 3. §. 6.* Idque & Jur. Civ. cum per Magistrum non steterit, quo mi-

- 140 nus locatas operas præstaret L. 38. ff. *Loc.* Quod procedit Jur. Stat. si
 sc. Magister explicatis velis ex flumine Duna mare jam petierit, ita ut
 terræ cursum amplius perspicere haud possit d. c. 3 §. 1. & 6. (Secus verò
 si quis navim conduxerit eamq; oneraverit vel nō, vel si merces illatas
 extrahere desideraverit, priusquàm navis ad navigandum parata, ubi
 141 tantum dimidium pretii præstando liberatur d. §. 1.) Quod & omni-
 bus Mercatoribus, quotquot conducere navim, de extrahendis mer-
 cibus inter se convenientibus conceditur, ut præstito dimidio mer-
 cedis pretio ab inito contractu resilire possint. d. c. d. §. 6. in quo à
 142 Jure Civ. recedit L. 38. ff. *Loc.* De mercedis promissæ solutione ta-
 men si dubitet Magister, concedunt Jura Statut. Rig. d. c. 3. §. 2. ipsi
 143 retentionem mercium usque ad solutionem. In quo Juri Civ. con-
 veniunt, cum enim & cauponibus & aurigis hoc concedatur benefi-
 cium, merito & nautis concedendum erit pro mercede conductæ.
per L. 2. pr. verb. imò etsi retineat ff. ad L. Rhod. Coler. Process. Exe-
cut. L. 1. c. 2. n. 246. Rebuff. de Lit. Obligat art. 4. gloss. 2. n. 31. Styp-
man, c. l. n. 237.
- 144 Eodem modo, quò hætenus dictum, contractus Locationis &
 Conductionis quoque inter Magistrum Navis & Nautas servandus.
 145 Ex hoc enim obligantur Nautæ, susceptum iter totum absolvere,
 adeò, ut Jura ipsis privilegium concesserint, quod ob debitum arre-
 stari & ex portu reduci non debeant, ne Magistro inde impedi-
 mentum creetur; Executio tamen in bonis eorum fieri potest, qui-
 bus deficientibus, Magistroque Nautarum operis indigente, ipse pro
 146 iis debitum exsolvit Statut. Rig. d. c. 2. §. 4. Sin autem ipsimet
 Nautæ à contractu inito resiliant navimque deserant, non tantum
 mercede privantur, sed aliis gravibus pœnis subjiciuntur Marqv. *de*
 147 *Jur. Mercat. L. 2. c. 10. §. 45.* In quo convenit Jus Stat. Rig. L. 5. d. c.
 §. 6. nisi in eo discrepet, quod non tantum totâ mercede priventur,
 148 sed & dimidium pretium de suis superaddere debeant. d. §. 6. Cui
 pœnæ subjacent & Nautæ vel Navarchi, qui artis nauticæ imperiti
 149 operas suas locarunt d. c. §. 7. Et quamvis de Jure Civ. operas suas
 ad negotium certum locans, ultra id haud teneatur, illud tamen
 Jur. Stat. quoad navale iter mutatum reperimus d. c. §. 9. Ubi, licet
 Navarchus conduxerit Nautas ad certum locum navigandi, postea
 verò

verò propositum mutaverit, cursumque suum aliò direxerit vel substituerit in certo loco, ex quo ob ingruens brumale tempus ipsi reverti non licuerit, Nautæ nihilominus obligantur, eum ubique sequi, adeò, ut si quis eorum factiones excitare tentaverit, factiosorum poenâ afficiendus sit: Absolutò itinere verò Magister Navis juxta
151
arbitrium Virorum maritimi itineris peritorum Nautis interesse, non deductis alimentis, præstabit. In quibusdam tamen casibus per-
152
missere Jura Stat. Nautis à contractu inito resilire, si scil. ante consummatum iter nautæ ipsimet navim accipiant, in quo Magistri officio fungantur, aut matrimonio interveniente detineantur. Quibus
153
casibus, redditò eò, quòd accepere ob favorem matrimonii liberantur Stat. Rig. *d. cap. 9. §. 8.* concordant alia Jura Nautica à Marquard. *de Jur. Mercat. L. 2. c. 10. §. 47.* citata. Sicuti igitur Nautæ omnia,
154
secundum modum contractus præstare tenentur; Sic quoque Magister Navis ipsis non tantum integram mercedem tribuere, sed &, si forsitan in officio suo constituti lædantur, ipsos & quidem ex sumptibus navis curare tenetur. Secus verò, si extra negotia nautica, damnum ipsis contigerit v. Stat. Rig. *d. c. 9. §. 5.* Curabit & tunc Ma-
155
gister nautas, si in itinere morbo quodam corripiantur. Imò si ob-
156
eant, eorum heredibus mercedem præstabit, hoc tamen modo, ut si in illo loco, ad quem profecti, moriantur, heredes dimidiam, si verò in revertendo, integram promissam mercedem expetere possint
d. c. 9. §. 10. In quo à Jure Civ. recedit Jus Statut., ubi tantum pro rata
157
merces heredibus adjudicatur, uti diximus *cap. II.*

Tantum de actibus Magistri & Nautarum in hoc contractu. 158
Cum verò negotia maritima hic tractanda susceperimus, paucis de
NAUFRAGIO ET JURE AVARIE hic annectemus. Ingruente 159
igitur Naufragio, navique mox imum petiturâ, Jura Statut. Rig. *d. L. 5. c. 5. §. 2.* injungunt Nautis, ut primariam curam impendant in servandis hominibus, deinceps pecuniâ das reite Gut / si posthac armamenta navis custodire velint, hoc ipsis permittitur; Modò in con-
160
tinenti mercatoribus scapham concedant, quò & illi hac ratione bonis suis consulere valeant, quibus Nautæ sub poena amissionis mercedis succurrere obligantur; justum tamen salvationis præmium deinceps exposcere ipsis haud denegatur. Periculò naufragii verò
161
tantum

- tantummodo imminente, concessere tam Jura Comm. quam Stat. Magistro facultatem bona quædam projiciendi, levandæ laborantis navis gratiâ, ut Jct. Paulus loquitur in *L. 2. ff. ad L. Rhod. de jact.*
- 162 Eo tamen observatô ordine, juxta Stat. Rig. *d. c. 4. §. 4.* ut prius ejiciatur illud, quicquid superflui Uberlastis locô est, cujus numerô &
- 163 illud venit, quod conducens ultra conventionem navi intulit; Aut armamenta navis, anchoras, rudentes, communis periculi removendi causâ, dejiciendi vel cædendi voluntate navigantium. Quod
- 164 damnum tamen, imò & aliis superstitis rebus forte madefactis illatum vid. Statut. Rigenf. *d. l. c. 4. §. 7.* contributione omnium refarciendum v. *L. 5. §. 1. ff. d. t.* Statut. Rig. *d. c. 4. §. 5.* In quibus cum aliis Statutis concordant, quæ allegata vid. apud Marquardum
- 166 *L. 3. c. 4. §. 12.* In eo tamen discrepant Statuta nostra, quod juxta Marquard *c. l.* & Nautæ simpliciter contribuere debeant; juxta Statut. nost. dispositionem verò, aut dimidia pars bonorum ejicitur, & Nautæ nihil contribuent, aut ultra dimidiam, & contributioni
- 167 sunt obnoxii *d. cap. §. 2.* Qui & hoc speciali privilegio gaudent, quod, licet tota navis perierit, & tantum ex armamentis navis liberatum, quantum ad mercedem ipsis exsolvendam sufficit, nihilominus à Magistro integram mercedem expetere possint Jur. Statut. Rig.
- 168 *L. 5. c. 5. §. 6.* Quodsi verò armamenta navis vi ventis vel tempestatis frangantur, ea in contributionem haud veniunt, nec ulla Magistro competit actio, sicut nec faber actionem habet, si malleum fregerit *L. 2. §. 1. & L. 6. ff. ad L. Rhod. de jact.* conveniunt Statuta nostra *d. c. 4. §. 3. & 5.* add. Loccen. *de Jure marit. L. 2. c. 8. §. 8. in f.*
- 169 Cum verò damnum contributione omnium ex summa æquitate, v. *L. 2. pr. ff. d. t.* sit refarciendum, omnes, quorum interest, jactum esse factum, etiam ipsi Exercitores, quorum navis hõc modò conservata, contribuere tenentur, *per L. 2. d. t.* Unde nec ii excipiuntur,
- 170 qui tale quid navi imposuere, unde minimè onerari potuit, veluti aurum, argentum, margaritas, holoserica aliaque; jacturæ enim summa pro rerum pretio distribuenda, ut Jctus loquitur in *L. 2. §. 2. d. t.* Coincidit Jus Stat. Rig. *d. Lib. cap. 4. §. 6.* Nisi consumendi gratiâ quædam res impositæ fuerint *L. 2. ff. d. t.* & Jur. Stat. *d. §. 6.* In hoc tamen discrepat Jus Stat. à Jur. Civ. quod Nantarum bona, *der Boots-leute Frey-Gut/* quæ tamen æstimationem habent, huic

contributioni non obnoxia sint *d. §. 6.* Nec subjacet contributioni Jure Statut. pecunia ex contractu Bodmeriæ promissa *d. L. cap. 6. §. 1.* in quo convenit cum Statut. Hamburg. *P. 1. Tit. 18. art. 6.* Sed, quid si navis levandæ causâ, quò portum ingredi, vel arenam transire possit, merces quædam naviculæ alii impositæ perierint; numeæ quoque contributione resarciendæ? Quod omnino affirmandum, cum hic casus perinde æstimetur, ac si in ipsa navi accidisset, *L. Navis. 4. ff. d. t.* vid. Statut. Rig. *d. c. 4. §. 9.* Et damnum hoc ex navi bonis & mercede Nautarum, quæ tamen aliàs privilegio quodam gaudet, resarciendum, vid. Stat. Rig. *d. l.* Quod si verò navis, postquàm merces naviculæ impositæ, naufragium passa, hæ contributioni non subjacent, *v. d. §. 7.* jactus enim in tributum, nave salvâ, venit, *d. L. Navis. 4.* Præterea ex navi & bonis quoque sunt restituenda ea, quæ impensa navim ingruente hyeme in securum portum transvehendi, *v. Stat. Rig. d. L. c. 2. §. 14.* Ab hac contributione verò liberantur, si res ejectæ redierint ad Dominum suum; Imò si damnum jam resartum fuerit, Dominus ad restituendum cogi poterit, *v. Statut. Rig. d. c. §. 7. L. 5. ff. d. t. Marqv. L. 3. c. 4. §. 40.* Cessat quoque contributio, cum, navis, cujus servandæ causâ res jactæ, perierit, *L. 4. in pr. & §. t. ff. d. t.*, hujus enim amissæ damnum resarciendum non est ab iis, qui suas res ex naufragio tanquam incendiò liberârunt, *L. 7. ff. d. t.* convenit Jus Statut. Rig. *d. Lib. c. 5. §. 4.* Cessat quoque contributio, si Magister Navis navim nimiùm oneraverit, & posthabito aliorum monitò, mare petierit, ubi solus in restitutionem jactarum deterioratarumque mercium condemnabitur per *L. 1. pr. ff. Naut. Cap.* Concordat Jus Statut. Rig. *d. L. c. 4. §. 1.* Et quamvis hoc casu *Loecen. de Jur. marit. L. 2. c. 8. §. 14.* velit, damni restitutionem ad Exercitorem & Magistrum navis pro rata pertinere, illud tamen non procedit Jur. Stat. Rig., ubi soli Magistro Navis hæc restitutio incumbit *d. §. 1.* An verò contributio quoque locum habeat, si navis ventò concitata aliam perierit, eiqve damnum dederit, *sequ. cap.* videbimus. Hæc de negotiis maritimis.

Cumque Imperator in *Instit. sub Tit. Locat. Conduct. & EMPHYTEVSEOS* mentionem faciat *§. 3. Inst. de Locat. & Conduct.* eam hîc perlustrabimus. Gaudet Emphytevta utili dominio, vi cujus

- non tantum commoditates & utilitates ex Emphyteusi obvenientes percipit *L. 1. pr. § 1. ff. Si ager veſtig. Conf. Struv. in Syntag. Jur. Feud. Exerc. 12. tb. 3. & ſeq.* Sed etiam pro poſſeſſore rerum immobilium habetur, de quo jam in præcedentibus quædam adduximus.
- 187 Gaudet præterea & hæc beneficiò, quod rem Emphyteuticam obligare ſeu hypothecâ onerare Olivar. *Deciſ. 819. n. 5.* & meliorationes ſuas ſeu Emphyteuticum jus in alium transferre quocunqve modo poſſit *L. ult. C. d. t. §. adeò 3. Inſt. Locat. Cond. L. 219. de V. S. L. 71. §. 5. de*
- 188 *Leg. 1.* Hæc tamen ſub conditione, ut prius Domino Emphyteuſeos denunciaret, Emptionem faciendam, niſi jure ſuo cadere velit *L. ſin. C. de*
- 189 *Jur. Emphyt.* Joh à Sande *de prohib. rerum alien. P. 1. c. 4.* Quò factò ſi Dominus dare idem pretium velit, ipſe rem præ aliis ſibi comparare poteſt. *d. L. ult. in quo concordat Jus Statut. L. 3. c. 13. §. 2.* Privatatur verò Emphyteuta jure ſuo Emphyteuticò, ſi intra certum tempus Canonem non ſolverit, quod in Eccleſiaſticis eſt biennium, *cap. ult. X.*
- 191 *Loc. Cond. Nov. 7. c. 3.*, in ſecularibus triennium *L. 2. C. d. t.* Jure Stat. aliud diſpoſitum reperimus, ubi nulla privationis fit mentio, ſed juſtò terminò Canonem non exſolvens ad duplum condemnandus, vel ſi illud præſtare neqveat, contra eum proceſſus eodem modo.
- 192 quò in aliis rebus creditis inſtituendus v. Stat. *d. c. §. 1.* Quomodo verò proceſſus hic Executionis ſuſcipiendus tractatur in Stat. Rig. *Lib. 2. cap. 32. de quo cap. ult. agemus.*

- 193 Contractum Locati Conducti excipit SOCIETAS, in qua de re vel opera ad uberiorem quaſtum communicanda & damnum commune ferendum agitur *Conf. Hector. Felic. Tr. de Societ. c. 1. Duar-*
- 194 *duſ de Societ. L. 1. c. 1.* Quod attinet admiſtrationem Societatis, ſi quoad eam ſocii convenire non poſſint, merito prævalebunt illi, qui majorem ſummam intulere. *arg. l. 8. ff. de Pact.* Cui reſpondent Stat. R. *L. 5. c. 1. §. 2.* ubi, diſſidentibus Exercitoribus Navis, illorù major ratio præ cæteris habenda, quibus maxima pars competit. Niſi hi in præjudicium reliquorum quid tentaverint, quod ipſis neutiqvam.
- 196 concedendum *d. c. 1. §. 2.* Quemadmodum verò Contractus hic conſenſu inaitur, ita quoqve diſſenſu diſſolvitur Olivar. *Dec. 1368. n. 3.*
- 197 renunciatione interveniente v. *§. 4. J. h. t. Mey. P. 4. Dec. 192.* Lici-
renuncia-

tumque est renunciandi parte, si in re immobili Societas inita fuerit, partem suam, cuicumque velit, Jure Civ. vendere, per *L. 2. C. Commun. divid.* Quod Jure nostro Statut. secus, ubi Exercitoribus sociis non licet pro lubitu navim alienare, sed partem suam alienaturus tenetur eam sociis offerre adjectâ die & pecunia, quibus electio intra octiduum conceditur Stat. Rig. *L. 5. c. 1. §. 1.* Eâdem ferme ratione, si societati incidenti socii renunciare velint, res peragenda, ut scil., si duo heredes, communem fundum possidentes, in ea possessione diutius subsistere nolint, unus divisionem expetens teneatur pro eo fundo pecuniam offerre, alteri interim concessâ facultate, an pecuniam, an fundum accipere velit, ad quod eligendum Jura Stat. ipsi *14. concessere dies, v. L. 4. c. 8. §. 1.* Si tamen in Communione permaneant, Jure Civ. Sociis permissum, quâ ratione velint eâ re uti, cum quilibet pro parte sua sit ejusdem moderator & arbiter *L. 21. C. de Mandat.* Quod secus Jure Stat. Rig. quod sociis communis domus hereditariâ haud indulget, ut quivis pro sua parte domum illam sepe dividat, sed præcipit, ut alternativè eam possideant, & communibus sumptibus reficiant forteque invicem dirimant, ecquis eorum primus ad possessionem admittendus *d. L. 4. cap. 8. §. 1.*

Efflagitaret ordo ab Imperatore præscriptus, ut de MANDATO nunc ageremus, sed cum Jus Statut. Rig. illius mentionem non faciat, nisi quoad mandata Procuratoribus concessa, ea adducemus, in reliquis in dispositione Jur. Civ. subsistentes ad contractus Mercatorum innominatos, uti à Marquard. *L. 2. c. 12. §. 1.* nominantur, Affecurationem scil., & Cambium nos conferimus.

Quod ASSECURATIONEM attinet, est illa receptio periculi mercium navi transportandarum pro certo præmio, uti eam describit Dn. Præf. in *Caut. Contract. Sect. 3. cap. 5. §. 27.* Versatur hæc circa Navim, merces, res mobiles, quæ pondere, numero & mensurâ constant *L. 2. §. 2. vers. ibidem. ff. ad L. Rhod. de jact.* atque omnes alias, quæ appellatione mercis laxiori ad negotiationes porriguntur *L. 1. §. 1. de Tribut. act. L. 1. §. 6. L. 4. §. 2. Naut. Caup. stabul.* & subjacere possunt periculo & interneconioni, Scacc. *de Commerc. §. 1. quest. 1. n. 133.* Cui correspondet Jus Stat. Rig.

ubi itidem asseritur, navim mercesq; hunc contractum venire
 206 posse, v. *cap. 7. §. 2. 3. & 4.* Merces verò in hoc contractu tantæ
 necessitatis sunt, ut, iis non existentibus, contractus subsistere
 207 nequeat: Hinc si merces quædam assecuratæ, quæ postea navi non
 commissæ, contractus nullius momenti est, vid. *Santern. de Affe-*
 208 *cumt. P. 3. n. 15.* Vel si pauciores immittantur quàm in contractu
 expressæ, illæque ad locum salvæ perveniant, permittitur assecu-
 rato pecuniam ab assecurante repetere, hac tamen sub conditione
 209 ut in utroque casu Jure Stat. Rig. dimidium thal, pro centum sibi
 reservare possit, vid. *d. c. §. 6.* Nec sufficit, si certò constet, mer-
 ces assecurandas navi impositas esse, sed requiritur, ut etiam as-
 securationis tempore illæ adhuc salvæ sint, vel, assecuratus igno-
 ret, navim, mercesque à latronibus direptas, vel aliò casu fortuitò
 submersas esse, nullumq; dolum machinetur *arg. L. 57. ff. de Contrab.*
Emt. v. Rot. Genu. Decis. 102. n. 8. & 5. Grot. de J. B. & P. L. 2. c. 12. t. b. 23.
 210 Stat. Rig. *d. c. §. 3.* Si enim scivit assecuratus navim mercesque pe-
 riisse, pactione utique conventum implere tenebitur in pœnam falsi
 asserentis aut decipientis, *arg. L. 13. §. item Julianus. 6. ff. de Act. Emt.*
 211 *Vend. v. Marqvard. L. 2. c. 13. n. 30. & sequ.* Jure Statut. Rig. contra-
 212 ctus ille nullus dicitur v. *d. c. §. 4.* Scientia verò navim periisse præ-
 sumptione colligitur ex itineris distantia & horarum elapsarum spa-
 213 tium, Marqv. *c. l. cui* correspondet Jus Statut. *d. §. 4.* ubi pro ab-
 solvendistribus milliaribus duæ horæ computantur, illudque exem-
 plò declaratur, *d. §.* à qua præsumptione tamen juramento se pur-
 214 gare potest, *d. §. 4.* Aliud, si assecuratus sibi cavere curasset in-
 eventum boni aut mali nuncii, & tunc subsistit contractus, si ju-
 ramentò confirmare possit, se eo tempore nullam interitus istius
 notitiam habuisse, v. Marqv. *c. l. n. 33.* & concordantem §. 5. Stat.
 215 Rig. *d. c.* Est enim hic contractus B. F. v. Stat. Rig. *d. cap. 7. §. 10.*
 in quo omnia bona fide peragenda, *Loccen. de Jur. marit. L. 2. c.*
 216 *5. §. 8.* concordant Statut. Rig. *d. c. §. 10.* Quam ob causam tam-
 assecurator & assecuratus, quàm Magister Navis & Nautæ ab om-
 ni dolo abstinere debent; si quis verò in hanc Legem impingat,
 non tantum damnum & interesse præstabit, sed etiam pœnâ cor-
 poris afflictivâ, tanquam prædo & fur, pro rei circumstantia af-
 217 ficiendus. *d. §. 10.* Periculum susceptum quod attinet, incipit il-
 lud

lud vi Stat. nostr. *L. 5. c. 7. §. 1.* ab eo tempore, quò merces in na-
 valia translata, ut navi immittantur; durat verò, si navis non
 tantum portum ingressa, sed & usque dum merces ibidem exone-
 rata fuerint. Imò & tunc, si merces in scapham trajecta fuerint, 218
 navis vel oneranda, vel onerata levanda causa, quæ egredi vel in-
 trare portum non poterat, eaq; scapha submersa sit; æstimatur enim
 ille casus perinde ac si navi ipsi accidisset, *L. Navis. pr. ad L. Rhod. de*
jac. Verum, cum periculi nomen generale, videbimus, num sub eo 319
 omnes casus cõprehendantur. Affirmativam prolixè deducit Marq. v.
L. 2. c. 13. n. 40. Et seqv. scil. sub pacto generali periculi omnem contineri
 casum fortuitum seu sinistrum; Verior tamen est negativa juxta Stat. 220
 Rig. tenorem, ubi expressè *alleg. c. 7. §. 13.* dicitur: Sub verbis genera-
 libus nullos casus fortuitos, ut ingruentia bella, quæ tempore con-
 tractus nondum innotuerunt, incendia & s., comprehendi
 debere, nisi illorum casuum expressa fuerit facta mentio, & *eod.* 221
cap. 7. §. 9. quod asscurator non obligetur, si mercibus in mari
 vel alio in loco extra casus in contractu expressos quid contigerit.
 Hinc quoque casuum expressionem Cautelæ locò commendat Dn.
Præf. in Caut. Contract. Sect. 3. c. 5. §. 29. Sed, quid si ingruente tem- 222
 pestate merces quædam mari injecta, an & tunc tenetur asscurator?
 Affirmat Marq. *d. c. §. 59.* cum ex jactu necessario teneri, cum jact^o
 & perditio propter casum æquiparentur *L. 4. ff. ad L. Rhod. de jac.*
 Cui correspondent Stat. Rig. *d. cap. §. 8.* moderamen tamen aliquod 223
 annectentia, dum Asscurantem absolvunt, si damnum avariæ resti-
 tuendum ultra unum thalerum ad centum extendi non possit *d. §. 8.*
 Periculum verò in se suscipere potest, vel unus vel plures, quamvis 224
 Mercatoribus asscurantibus naturalis & admodum necessariæ Cau-
 telæ locò commendatur, ne unus totius navis periculum in se su-
 scipiat, v. Dn. *Præf. d. Tr. Sect. 3. c. 5. §. 31* quippe contingente peri-
 culò omnibus bonis privaretur; Hinc præstat multos Asscuratores 225
 ad unius navis periculū accedere, inter quos tamen seu primi seu ul-
 timi fuerint nulla differentia subest, sed quivis pro rata tam de lucro
 quàm de damno participat v. Stat. Rigenf. *cit. cap. §. 16.* Periculò 226
 itaque susceptò casibusque certis in contractu expressis, si navis ass-
 curata ad navigandum facta fuerit inidonea, vel merces à præco-
 nibus

nibus ablatae, vel alio modo corruptae, ita ut nulla spes eas recuperandi superfit, conceditur aſſecurato facultas merces aſſecuratas deferendi, caſumque hunc aſſecuratori intimandi, & poſt præterlapſum trium menſium ſpatium integram pecuniæ ſummam, ceſſis mercibus deperditis, petendi Stat. Rig. *d. c.* § 7. In quo conveniunt cum
 227 Statut. Amſtel. *art. 5. & 25.* à Marquard. *d. c. n.* 71. allegatis. Si verò
 228 nihil certi de navi aſſecurata conſtet, nec de mercibus, an deperditæ, an certò locò detineantur, concedunt Jura noſt. Stat. annum & diem ad eas inquirendas, intra quod ſpatium ſi nihil cognoſci potuit, pro deperditis habentur, & factâ ab eo tempore intimatione Aſſecuratori, tenetur hic intra tres menſes, ſi interim nihil in
 229 notuerit, aſſecurato juxta præſcriptam contractus formam ſatisfacere v. Stat. Rig. *d. c.* § 2. Aded, ut, ſi moras in ſolvendo neſtat, ad centeſimas uſuras quotannis obligetur à tempore initi contractus
 230 v. Stat. Rig. *d. cap.* § 12. Si autem præmia vel pecunia ob contractum Aſſecurationis jam exſoluta fuerint, deperditis mercibus, ea à Summa non deducenda ſed pro ſolutis habenda *d. c.* §. 11.

231 Permittuntur quoque Jure noſtrò Statut. ASSECURATIONES RECIPROCÆ aliàs RESCONTRE dictæ, vi quarum Mercatores ſibi invicem bona ſua, quæ in diverſis navibus habent, aſſecurationis locò obligant *d. cap.* §. 14. Si itaque unius mercatoris merces
 232 pereant, vel à Piratis auferantur, tenetur alter ex bonis ſuis, quæ feliciter appulère, alteri ſatisfacere. Si verò à piratis res auferuntur, qui unius hoſtis & alterius amici ſunt, non obligatur
 233 hic alteri damnum reſtituere, ſi ante initum contractum hoſtilitas illa jam cognita fuerit; Niſi aliud pactis conventum *d. cap.* §. 15. quæ regulariter dare ſolent Legem Contractui.

237 Alter Mercatorum contractus, cujus mentio facienda, eſt CAMBIUM, quò ita permutatur pecunia, ut pro pecunia aliò certò locò alia pecunia æquivalens, interveniente aliquâ mercede, detur.
 238 Struv. *in Syntag. Jur. Civ. Exerc. 25. th. 40.* Exſolutâ itaque pecuniâ à Remittente, obligatur Trectans ad ſolutionem alibi faciendam, & hòc fine remittenti Schedulam Cambialem tradit, ex qua ratione ille verus Debitor fit remittentis, cum vi Contractus ad Cambium alibi exſolvendum fit obſtrictus, vid, Raphael de Turri *de Camb.*

- 250 *cif. Rot. Gen. Df. 32. n. 1.* Concordat Jus Statut. Rig. *d. c. §. 8.* Illud tamen insuper exigens, ut per Transport vel protestum literas Cambiales in se transferat. Cautè verò agat tertius, ut ad solutionem Cambii, cujus tracta in alium facta, non prius se offerat, quàm si protestatio contra Trestantem intercesserit, v. Dn. Præs. *in Caut. Sect. 3. c. 5. §. 14.* Cui correspondent Statuta *c. l.* quæ tertium tum demum ad solutionem admittunt, si ille, in quem tracta facta, literas honorare nolit. *d. §. 8.*
- 253 Tempus quod attinet, intra quod Cambium acceptatum solvendum, est vel conventionale vel consuetudinarium: si conventionale in literis Cambii id exprimi solet. Et licet in Cambiis dies aut tempus non sit de substantia contractus, Seacc. *de Commerc. §. 1. gloss. 1.* Franc. Stypman, *d. c. 8. n. 51* ante diem tamen in literis præfixum solvere Cambium non licet, v. Marquard. *de Jur. Merc. L. 2. c. 12. n. 68. & 69.* Conveniunt Stat. Rig. *cit. cap. §. 9.* ubi & illud adjicitur, quod, si acceptans ante diem præscriptum præsentanti solyerit, hicquæ interim bancum ruperit, hoc casu damnum tendat in præjudicium acceptantis & solventis, nec ipsi detur regressus adversus Remittentem. Verùm, quid si Mercator acceptet quidem literas, appropinquante verò die solutionis non solvendo sit: Ex consuetudine Mercatorum licitum esse præsentatori, regressum sumere adversus scriptorem Literarum seu Remittentem decidit. Rot. Gen. *Dec. 8. n. 17. 18. & 19.* Marquard. *cit. cap. 12. §. 55.* Sola enim acceptatio non liberat, nisi solutio subsequatur Mey. *Part. 9. Dec. 232. n. 4.* A qua consuetudine tamen paululum recessere Statut. Rig. *d. c. §. 5.* Ubi injungitur præsentatori, ut factâ acceptance & præterlapso die solutionis sedulo acceptantem interpellet, & si ab eo intra 12. dies solutionem accipere non possit, denuò protestetur. Intra quod temporis spatium, si protestatus haud fuerit, cadit regressu contra principalem seu Remittentem, & solum acceptantem sibi obligatum retinet; nisi legalibus impedimentis se impeditum à protestatione facienda docere possit. *d. l.*
- 260 Restat Contractus BODMERIÆ, qui licet hujus loci non sit, cum ad contractus reales potius remittendus, de eo tamen, cum in Statut. nostris contractibus modò enarratis mox subjiciatur, pauca hæc

ea hic adducemus. Permittunt Jura Statut. hunc contractum ini- 261
 re etiam ipsi Magistro Navis, sed tantum pro rata seu parte sua,
 quam in Navi habet, si verò ultra illam partem mutuuum accipi-
 at, mutuuum dans illud, quod reliquum, non ex Navi sed à Magi-
 stro repetit. Stat. Rig. *L. 5. cap. 6. §. 2.* Franc. Stypm. *de Jur. Marit.*
& Naut. P. 4. c. 5. n. 99. seqq. Imò conceditur ipsi quoque potestas, 262
 etiamsi nullò jure in Navi gaudeat, eam huic contractui subdicere,
 si navis merciumq; conservatio hoc exigit, ipseque fide Exercto-
 rum pecuniam sibi collybo parare nequeat, *Seid auff Wechsel auff*
seine Keder kriegen/ nec bona habeat in navi, quibus venditis, peric-
 ulum avertere possit cum detrimento Exerctorum, aliò modò quàm
 per Bodmeriam. Jur. Stat. Rig. *d. c. 9. 3.* In quo convenit *cum art. ult.*
naut. vet. Civit. Hanseat. alleg. à Marquard. L. 2. c. 8. §. 77. add. L.
7. ff. d. Exerc. act. Franc. Stypm. *d. c. n. 107. seqq.* Huic verò mu- 263
 tuo datae pecuniæ Jura Statut. privilegium concessisse, quod in con-
 tributione Avariæ non computentur, jam supra notavimus.

Cum verò contractibus initis non semper præsententur in iis 264
 promissa, ita, ut interdum tanta pars debitorum solvenda, ad
 quantam ne pro minima parte debitoris sufficiant bona; hinc 265
 concessere Jura Creditoribus facultatem CONCURSUM excitandi,
 sibi que de bonis suis consulendi, quò excitatò & de prioritate
 disputatà Creditores certò ordine collocantur.

Collocantur autem juxta Brunnem. *in Tr. de Process. Concurf.* 266
Credit. cap. 5. §. 4. vulgò *V. Classes Creditorum.* Prima Classis Jur. 267
 Civ. est eorum, qui jus dominii habent ob generalitatem Regulæ,
 quod Dominus quilibet præferatur aliis possessoris Creditoribus,
L. 7. §. 2. ff. deposit. vid. Beuther. *de Pralat. Credit. P. 1. c. 43.* Rich-
 ter. *de Privileg. Credit. Diss. 3. c. 2. memb. 1.* Quod Jure nostrò Stat. 268
 tut. secus ubi tertio demum loco hi ponuntur, v. Statut. Rigenf. *L.*
3. c. 10. §. 3. Et cum in hac collocatione Jus Statut. maximè dif- 269
 ferat à Jure Civil.; differentias illas, ut eò facilius nobis demon-
 strare liceat, juxta ordinem in Statut. nostris expressum Creditores
 collocabimus ex Brunnem. *Tr. differentias subnectentes.*

Primum itaque locum Jure Statut. nostrò obtinent Collectæ, 270
 Contributiones & annui redditus ad conservationem piarum causa-

- rum destinati, qui Jure Civ. multis postponuntur Brunnem. *d. c. 5. §. 2.*
- 271 (II.) Impensæ in totum processum in utilitatem Creditorum erogata, quæ tamen Jur. Civ. omnibus Classibus præponi solent Brunnem.
- 272 *d. c. §. 4.* (III.) Jus domini habentes, qui, uti dictum, Jur. Civ. primum sibi vindicant locum. His subnectitur. (IV.) Venditor, qui
- 273 dominium sibi reservavit fidemque non habuit, cum Dominus manserit §. 4. *Inst. d. Rer. Divis.* qui Jure Civ. ferè in medio primæ classis collocatur. Brunnem. *d. c. §. 7.* & cæteris Creditoribus etiam anteriorem hypothecam habentibus præfertur Mangilius in *Tr. de*
- 274 *Evisit. quest. 160. n. 3.* (V.) Coheredes socii, seu qui ex nondum divisibilibus bonis hereditariam exigunt partem, in quo convenit cum Jur. Civ. in quo & illi Dominis rem suam vindicantibus annectuntur
- 275 Richter *Disput. 3 Memb. 1. in f.* Item pupillorum pecunia hereditaria ex immobili coheredi adjudicato fundo. (VI.) Necessariæ & juxta conditionem Debitoris expensæ funebres, quæ Jure Civ. ad Classem secundam referuntur Brunnem. §. 14. modò pro opibus & dignitate debitoris ex æquo & bono impensæ *L. 14. §. 6. ff. de Relig. & sumt. fun.* Et quamvis Jur. Civil. his impensis annectantur & illæ, quæ in talem personam, ad quam funerandam Debitor tenebatur, impensæ *L. Quæsitum 17. ff. de Reb. aut. Jud. possid.* illud tamen Jure nostro Statut. vix obtinebit, cum solius Debitoris funerandi mentio fiat *d. c. §. 6.* Impensis funebribus æquiparantur expensæ in curam ægroti ultimo in morbo factæ arg. *L. 3. C. de Relig. & Sumt. fun. L. 4. C. de petit. hered.* ut Salarium Medicorum, Berlich. *P. 1. Concl. 44. n. 94.* concordat Jus Stat. Rig. *d. c. 10. §. 6.* (VII.) Mercedès famulorum & famularum, in quo convenit, cum & hæc aliàs expensis funebribus subjungi soleant Brunnem. *d. c. §. 16.* His annumerantur Jure Stat. mercedès pro æde conducta & pro alimentis, nisi Creditor restitutione bonorum illatorum vel longò silentiò Debitoris fidem secutus fuerit. In quo differt à Jur. Civ. ubi mercedès pro æde conducta ad tertiam demum referuntur classem *L. 4. ff. In quib. pign. tacitè contrab. & L. 5. C. Locat.* Brunnem. *d. c. §. 51. n. 4.* (VIII.) Viduarum Morgengaba, hac tamen sub conditione, ut, si solæ concurrant cum pecunia, liberis ex priori matrimonio promissa nisi denen Außspruchs. Geldern/ hi tanquam tempore priores præferantur: Jure Civ.

Civ. quantum privilegium doti, in cujus compensationem hæc Morgengaba inventa, ab Imperat. tributum, patet *ex L. Affiduis 12. C. Qui pot. in pign.* (IX.) Creditores, qui ad refectionem vel conservationem domus mutuò dedere pecuniam, in quo convenit, cum & hoc debitum Jure Civ. doti annectatur, vel paria cum dote privilegia habet *L. 5. & 6. C. Qui pot. in pign. Nov. 97. c. 3.* Modò nominatim pecunia ad refectionem data in rem impensa, domusque in quam impensæ factæ, adhuc extet, Statut. Rig. *d. c. § 9. Carpz. P. 1. Const. 28. Def. 106.* In eo tamen Jus Statut. nost. singulare quid constituit, dum exigit, ut pecuniam mutuò dans sibi expressè hypothecam in rem reficiendam constituat *d. l.* quod tamen Jure Civ. haud requiritur. (X.) Qui ad emendam domum credidère & ex quorum pecunia res emta *Nov. 79. c. 3. Gail. L. 2. Obs. 12.* Modò ante exsolutionem pecuniæ res emenda obligetur hypothecæ locò Creditori, Jus Stat. *d. §. 10. Concordat. L. 17. C. de Pign. L. 7. C. Qui pot. in pign. Brunnem. d. c. 5. §. 40.* aliàs enim mutuans hypothecam, nisi specialiter dictum non habet, Francisc. Marc. *Tom. 2 Decis. quæst. 421. n. 3.* (XI.) Illi, qui in re venditâ expressè sibi reservârunt hypothecam, usq; dum pretium plenè exsolutum. (XII) Hos excipiunt publici hypothecarii judiciales, quibus licet Jure Civ. æquiparentur hypothecæ cum subscriptione trium testium factæ *per L. Scripturas 11. C. Qui pot. in pign.* illud tamen Jure Stat. nost. haud procedere jam supra notavimus. Pupilli, quoad bona Tutorum à tempore susceptæ Tutelæ; item pecunia promissa liberis prioris matrimonii, ita, ut qui inter hos tres tempore priores, illi quoque sint præferendi. Quod pupillos attingit, differt à Jur. Civ. Jus Stat. cum illud pupillis tantum tribuat tacitam hypothecam, & sic publicam habentibus postponat. *L. 20. C. de Administ. Tut. junct. L. 11. C. qui pot. in pign.* (XIII) Privati hypothecarii, & si pupilli pecuniaque liberis prioris matrimonii promissa cum iis concurrant, in his temporis quoque ratio habenda erit. His qui subjiciuntur *d. c.* in Jur. Stat. Rig. *§. 14. 15. 16. 17.* tanquam personale privilegium habentes ad Classè quartam referri possunt, & hac ratione conveniunt. Inter eos enim (XIV.) collocantur Deponentes, quorum deposita res à Depositario alienata, convenit Jus Civ. *per L. 7. §. pen. ff. Depos. L. 24. §. 2. ff. de Reb. aut.*

- 296 *Jud. poss.* (XV) Qvi ad Emtionem vel reparationem (qvoad hanc
 Jur. Civil. non requiri hypothecam jam præced. n. monuimus)
 domus pecuniam mutuò dedere , nullâ constitutâ hypothecâ, con-
 cordat Jus Civ. L. 26. & 34. ff. de Reb. autb. *Jud. poss.* Rauchbar. P. 1.
- 297 *qv. s. n. ult.* Richter. de priorit. Credit. *Disp.* 7. c. 3. S. 4. (XVI) Vendi-
 tor qvoad residuum pteium, si in re vendita de hypotheca sibi non
 298 prospexerit. (XVII) Qvi gratis sine usuris pecuniam credidit, qvi &
 299 Jur. Sax. privilegiò gaudet Carpzov. P. 1. C. 28. Def. 153. Hi enarrati
 tanqvàm personale privilegium habentes , nudis chirographariis
 præferuntur, inter se autem non habent prioritatem, sed regulari-
 300 ter concurrunt pro rata & in tributum, Stat. Rig. d. c. §. penult. Con-
 cordat Jus Civ. v. L. 32. ff. d. t. Richter. *Disp.* 11. p. 315. Köppen. Dec.
 28. n. 40. Brunnem. ad d. L. & in Process. Conc. Cred. d. c. §. §. 60.
- 301 Ad Classsem ultimam referuntur meri chirographarii, qvi nullâ
 hypothecâ & privilegiò gaudent , sed nudis chirographis, libris, ra-
 tionibus, bacillis fissis nituntur, qvi omnes sine consideratione
 302 temporis pro rata concurrunt, Stat. Rig. d. c. §. ult. Convenit
 Jus Civ. L. 6. C. de Bon. aut. *Jud. poss.* cum tantum personam obli-
 gatam hi habeant, & qvoad eam omnibus æquale jus com-
 petat.

CAPUT VIII.

DE

DELICTIS TAM PRIVATIS QVAM
PUBLICIS.

S U M M A R I A.

C	Onnexio.	1.	Res furtò ablata sine pretio resti- tuenda.	9.
	Formale furti in quo consistat.	3. seq.	Pæna furti de Jure Civ. moribus	
	Fur est, qvi rem furtivam celat.	7	& Jur. Stat.	11. seq.
	Rerum minimarum furtum fieri potest.	8.	Sacrilegii definitio ejusq; pæna	18. seqq. Do

<i>De Rapina remisivè.</i>	23. seq.	<i>De Crimine lesa Majestatis ejusq;</i>	
<i>Damni definitio.</i>	25.	<i>pœna.</i>	80. seq.
<i>Cessante culpâ vel dolô, cessat da-</i>		<i>De Seditioe ejusq;</i>	<i>pœna. 88. seq.</i>
<i>mini restitutio.</i>	26. seq.	<i>De Adulterio ejusq;</i>	<i>pœna. 91. seq.</i>
<i>Quæ actio ad vindicandum da-</i>		<i>De Polygamia ejusq;</i>	<i>pœna. 103. seq.</i>
<i>mnium introducta.</i>	35.	<i>De Stupro ejusq;</i>	<i>pœna. 106. seq.</i>
<i>Magister Navis damnum dans ad</i>		<i>De Stupro violento ejusq;</i>	<i>pœna.</i>
<i>restitutionem tenetur.</i>	36. seq.		116. seq.
<i>Jur. Civ. LL. maritimarum &</i>		<i>De vi publica ac privata ejusque</i>	
<i>Stat. differentia.</i>	40. seq.	<i>pœna.</i>	119. seq.
<i>Culpe annumeratur imperitia.</i>	43.	<i>De viarum obsessione ejusq;</i>	<i>pœ-</i>
	seq.	<i>na.</i>	127. seq.
<i>Damnum illatum ab animalibus</i>		<i>De homicidio ejusq;</i>	<i>pœna. 130. seq.</i>
<i>quomodo vindicandum.</i>	45. seq.	<i>De auroxegia ejusque pœna.</i>	145.
<i>De Injuria.</i>	49. seq.		seq.
<i>Injuria divisio.</i>	51. seq.	<i>Quot modis falsum committatur</i>	
<i>Injuria quomodo vindicanda ea-</i>		<i>& Falsificantium pœna.</i>	150. seq.
<i>rumq; pœna.</i>	54. seqq.	<i>De receptione facinorosorum ejus-</i>	
<i>De publicis judiciis.</i>	69.	<i>que pœna.</i>	159. seq.
<i>De blasphemia ejusq; pœna.</i>	75. seq.		

Cum *cap. preced.* actum de Obligationibus ex Contractu, sequitur, ut DE OBLIGATIONIBUS EX MALEFICIO VEL EX DELICTO dispiciamus. Est autem delictum duplex vel publicum vel privatum vid. §. 1. *J. de publ. Jud.* Tabor in *Jurispr. Partit. Element. P. 4. S. 2. ib. 25.* Hujus quatuor ab Imper. constituuntur species; *Furtum, Rapina, Damnum, Injuria, princ. Inst. de Obligat. quæ ex del.* Formale FURTI consistit in contrectatione fraudulosa cum animo lucrificandi, alterutrum si deficiat, furtum dicendum non erit. Sic furtum non est, si nimirum Dominò volente fiat, licet animus lucrificandi adsit §. 8. *Inst. d. t. L. 48 §. 2. ff. de Furt.* Nec furtum est, si quis rem alienam, eam suam esse existimans contrectaverit, cum cesset contrectatio fraudulosa animusque lucrificandi vid. *text. alleg.* Concordat Jus Statut. *cit. L. 6. cap. 3. §. 4. exigitur*

- giture tamen *d. §.* ut contrectans docere possit, se eodem in loco rem similem habuisse, in qua probatione si deficiat, infamiae furtiveque notam effugere non potest. Qvi verò scienter rem furtivam emit *L. 12. vers. nam extra h. t. §. conceptum in f. 7. de Oblig. qua ex del. vel eam sciens celat L. Qui vas 48. §. 3. ff. d. t. furis loco habendus est, cui convenit Jus Stat. Rig. L. 6. c. 7. §. 2. ubi celans, si interrogatus negaverit, rem penes se esse, furi comparatur, similiqve poenae subjiciendus esse dicitur. Committitur verò furtum in re mobili, etiam illa, quæ minimi pretii §. 16. *Inst. de R. D. L. 14. §. ult. L. 26. L. 27. 36 ff. d. t.* concordat Jus Statut. *d. 2. §. 2.* ubi gallorum, anserum aliarumqve rerum furtum fieri dicitur, non enim in furtis attendenda quantitas furti, Francif. Marci *Decif. Tom. 2. quaest. 6. n. 2.**
- Res verò, furto ablatae & repertae veris Dominis restituendae à detinentibus sine ulla pretii refusione per *L. Incivilem 2. C. de Furt.* concordant Stat. Rig. *d. Lib. c. 3. §. 1.* In quibus casibus tamen Jura Civilia concedant pretii repetitionem etiam si res furtiva sit, vid. in B. Brunnem. *Comment. ad d. L. 2.*
- Poenam furti quod attinet, illa Jure Civ. est dupli vel quadrupli habitò scil. respectu ad furtum manifestum & non manifestum §. 5. *Inst. de Obligat. qua ex del. L. 1. §. 3. sub f. ff. de public. & de veftig.*
- Ultimò supplicio tamen fures Jur. Civ. nunquam punitos fuisse, patet ex *Nov. 134. cap. fin §. pro furto & Auth. Sed novo Jure C. de Serv. fugitiv.* Cum verò crescentibus delictis exasperandae quoque fuerint poenae, consuetudine ferè generali fures suspendi experientia testatur Jul. Clarus *ad §. Furtum n. 8. Inst. d. t.* aliiqve plures à Carpz. in *Prax. Crim. P. 2. qu. 78. n. 9.* allegati ubi quoque ex Udalr. Zaf. in §. *ex maleficiis 18. Inst. de Act. n. 3.* refert, totius orbis consuetudine id observari. Cui consuetudini & Jura nostra Statut. *d. L. c. 3. §. 5.* respondent, ubi eadem suspendii poena dicitur, habità tamen ratione circumstantiarum in commisso furto; imò etiam suffigatione vel alia poena e.g. *Mit dem Karrengang* fures puniuntur. Praeterea, cum, quò occultius & impunitius committi flagitia possint, eò deprehensa acerbius & severius sint castiganda *L. Presbyteri 8. C. de Episc.* ita quoque Jure Stat. Rig. *cit. cap. §. 2.* poenam corporis afflictivam puniuntur, qui in balneis rem unciae pretium excedentem auferunt.

auferunt. In quo correspondere videtur Jur. Civ., ubi itidem gravissimâ poenâ affecti, ad opus publicum temporarium damnati fuere *L. 1. ff. de balneat. Zoel. ad ff. Tit. de Balneat.* Extraordinariâ verò poenâ afficiuntur, qui fructus aliasve res minimas auferunt Covarr. *L. 1. Variar. Resolut. c. 3. n. 12.* Bart. Bertaz. *Conf. 198. n. 1. Lib. 1.* Jure Stat. Rig. *d. c. §. 3.* hi publicæ ignominix exponuntur sic werden an der Schand. Pfal gestellet / à qua poenâ tamen primâ vice pecuniâ sese liberare possunt.

Furti species est SACRILEGIUM, furtum nempe rerum sacrarum & DEO dicatarum Damhoud. *in Prax. Rer. Crim. c. 3. n. 1.* Sacrilegii poena verò Jure Civ. non videtur gravior esse quàm furti. Jure Sax. tamen poena rotæ obtinet Carpzov. *P. 2. Prax. Crim. qu. 89. n. 18.* cui respondet Jus Statut Rig., ubi talis, si rem uncix pretium excedentem auferat, rotæ imponendus *d. c. §. 6.* In eo tamen differt à Jure Sax. quod Carpzov. *d. l. n. 2.* indistinctè hanc poenam Sacrilegis dictandam esse asserat. Quod secus Jure Stat. quod tantummodo effractoribus & in ipso actu deprehensis, poenam hanc, scilicet rotæ impositionem, dicitur *d. §. 6.* Mitior enim poena dictanda, si sacrilegium absque effractione fuerit perpetratum *Constit. Crim. Carolin. art. 174.*

Furto vicinum est RAPINÆ seu deprædationis Crimen, quod & ipsum furtum est, sed improbius & Raptores aliis furibus improbiore dicuntur *L. Item si cum exceptione 14. §. 12. ff. Quod met. caus. pr. Inst. de Vi bon. rapt.* Bonif. *in Tr. de Furt. §. 1. n. 32.* De qua Criminis specie hîc pluribus non agemus, cum de ea Jus Stat. nihil speciale sibi constituat, hinc eam mittentes ad tertiam delicti privati speciem, Damnum scilicet nos conferimus.

Datur verò DAMNUM injuriâ, cum patrimonium seu res aliena dolo aut culpâ deminuitur *L. 3. ff. de Damn. infect. L. 5. princ. ff. ad L. Aquil. princ. Inst. de Injur. junctâ a L. 5. §. 5. in f. ff. de his qui effud. l. dejec.* Qua cessante damnum injuriâ datum dici nequit: Hinc si quis arcendi incendii causâ vicinas ædes demolitus est, ad damnum resarciendum non tenetur, modò probabiliter suis ædibus imminuerit incendium *L. 49. §. 1. ff. d. t. L. 3. §. 7. in f. de Incend. ruin. L. 7. §. 4. ff. quod vi aut clam.* Gail. *L. 2. Observ. 22. n. 3.* Vivius

27 *Disf. 50. Berlich. P. 5. Concl. 25. n. 125.* Recedit Jus Statut. hac in parte
 à Jur. Civ., vicino hanc potestatem minimè concedens, sed exigens,
 ut consensu jussuque Magistratus demum proximæ ædes ob immi-
 28 nens incendii periculum diruantur, cui possessor domus neutiquam
 resistere debet. v. *Lib. 6. cap. 9. §. 2.* Si verò destructione tali vicino-
 rum ædibus consultum fuerit, Jure Civ. vicini, quorum saluti con-
 sultum, damnum restituere tenentur *L. 1. & 2. ff. ad L. Rhod. Gail. d. l.*
 29 *Berlich. d. l. n. 126. Menoch. L. 2. A. J. Q. cap. 399. n. 14.* Quod Jure
 Stat: secus, ubi damnum jussu Magistratus illatum à Civitate refarci-
 endum, ita, ut dimidium pretium domus, æstimatæ juxta eum va-
 30 lorem, in quo ante destructionem fuerat, restituatur. *d. §. 2.* Si
 autem ex hac destructione flammæ non extingvantur, Dominus
 destructæ ædis nihil prætere potest *d. §. 2.* quod & Jur. Civ. ob-
 31 tinere puto. Neque tenetur hac actione is, in cujus ædibus incen-
 dium ortum, nisi illius culpâ illud excitatum fuisse probari po-
 32 terit *arg. L. pen. de incend.* vid. Dn. Præf. *Vol. 1. Disput. 7. Posit. 7.* Jure
 Stat. nihilominus gravissimæ arbitrariæ subjeci potest pœnæ, si non
 incontinenti vicinis id revelaverit, sed tacuerit, donec signum cam-
 33 panis datum fuerit *d. cap. 9. §. 3.* Et quamvis Jur. Civ. cessante in-
 juriâ, cesset damnû & per consequens damni restitutio *per alleg. text.*
 & Jus Stat. Rig. *d. c. §. 4.* concordet, illud tamen speciale *c. l.* subjecit.
 quod, si læsus sine culpa, emendationem vel honorarium Medicis
 Chirurgisque præstitum, præterdat, lædens nihilominus ad dimidium
 34 expensarum obligetur; Secus verò, si dolus vel culpa intercedat,
 35 ubi omne damnum præstabit Statut. Rig. *d. cap. 9. §. 1.* Ad quod
 damnum injuriâ datum vindicandum Jur. Civ. introducta actio
L. Aquil. De qua videantur Dd. ad Tit. ff. ad L. Aquil.

36 Cum verò hâc actione conveniatur omnis, cui culpa imputari
 potest, sequitur ex eadem quoque teneri Magistrum Navis, cujus
 navis ligno anchoræ innatante destituta Germ. *Bone* exinde alii
 navi damnum dedit, ad integri dampni restitutionem; Nisi pro-
 bare possit, se ante 12. horas tempore æstatis & 14. tempore au-
 tumni vigilans lignum seinen machenden *Bone* habuisse, illudque de-
 37 perditum fuisse. Obligatur quoque pro qualitate vel profunditate

aquæ funem, cui lignum adhæret, abbreviare, quò istud lignum
 ipsi anchoræ innatet, aliæque naves non seducantur Statut. R. g. L. 5.
 c. 2. §. 2. Eadem actio quoque locum obtineret, si duæ naves nocturnò
 tempore sibi impingentes damnum acciperent, ubi semper illud re- 38
 sarcitur à navi illa, quæ candelâ destituta fuit, sive damnum dederit,
 sive aliam navim impingens damnum acceperit Stat. Rig. L. 5. c. 5.
 §. 2. Qvi casus Juri Civ. optimè conveniunt, cum culpam commit- 39
 tens semper damnum resarcire debeat, quòd ex superioribus satis
 superque patet. Verùm, quid si casu fortuitò, forsan ortâ pro- 40
 cellâ, navim unam alia ventò concitata impingens perierit, an in
 navim actio detur vid. L. *Quemadmodum* 29. §. 2. 3. 4. 5. ff. ad L.
Aquil. Loccen. de *Jur. marit.* L. 3. c. 8. §. 11. & 12. LL. maritimis tam- 41
 en Wisbuisiensibus art. 27. 50. 70. & multorum populorum Statu-
 tis dimidium damni dati præstari læsæ navi à lædente, si absq; culpa
 Magistri navis damnum accidat, idque aut testibus probare, aut
 juramentò Magister asseverare possit, asserit Marquard. de *Jur. Merc.*
L. 3. cap. 4. §. 42. cui correspondent Stat. Rig. *Lib. 5. cap. 5. §. 3.* Cur 42
 verò damnum hac ratione dividi debeat, in culpæ probandæ diffi-
 cultate elegantissimè ponit Grot. de *J. B. & P. L. 2. cap. 17. th. 21.*
 Culpæ quoque annumeratur, si quis vel per imperitiam quid fecerit 43
L. Illicitas 6. §. 7. ff. de Off. Præsid. vel per infirmitatem §. 8. *Inst. d. t.*
 Non enim debet quis affectare id, in quo intelligit vel intelligere de-
 bet infirmitatem suam alicui nocumento futuram L. 8. §. 1. ff. ad L.
Aquil. quippe occasionem damni dans ipse damnum dedisse vide-
 tur L. *Qui occidit 30. §. in hac 3. ff. d. t.* Nicol. Boer. *Decis. 197. n. 15.*
 Convenit Jus Statut. Rigens. ubi eqvo vel curru in platea vehens
 damnumque inferens illud resarcire debet, si verò fugâ sibi consulat,
 vel bona ejus ad restitutionem non sufficiant, ex eqvo damnum
 resarciendi potestatem Jura Stat. læso concedunt d. L. 6. cap. 9. §. 6.

Porrò infertur damnum ab animalibus, si quâ lasciviâ aut pa- 45
 vore aut feritate pauperiem fecerint; vindicaturque illata pauperies
 actione noxali LL. XII. *Tabb* proditâ, pr. *Inst. si quadrup. pauper.*
fec. dic. ita ut Dominus animalis aut damnum sarciat, aut animal
 seu quadrupedem, quæ nocuit, noxæ dedat d. pr. *Inst. & L. 1. pr. ff.*
d. t. Alternativè itaque actio etiam hodie instituenda, sicuti illud 46

- præjudiciò confirmat Hahn. ad Wesenbec. *d. t. n. 3. 6.* Conventus verò aut animal noxæ dedendo aut damnum faciendo se liberare p. test. Concordat Jus Statut. nostrum *Lib. 6. cap. 9. §. 5.* in eo nihilominus differens, quod, si Dominus animal, quod pauperiem fecit, retinere velit, tantummodo dimidium damnum præstet, si verò illud recipere nolit, ad nullam damni restitutionem teneatur *d. §. 5.*
- 47 Nisi Dominus à Magistratu fuerit præmonitus, ut animal illud cultodiat, ubi simpliciter ad damni restitutionem tenetur *Const. Crim. art. 136* (licet hic textus de feris bestiis loquatur,) concordat Jus Statut. Rig. *d. cap. §. 5.*
- 48 Cum hætenus de damno alicujus in corpore seu re nostra dato egerimus, restat, ut & illud quò persona nostra seu liberi hominis corpus vel fama dolosè læditur, *L. 3. §. 1. L. 13. §. 4. in fin. L. 15. §. 24. ff. de Injur.* videamus, & INJURIA dicitur. Requiritur autem in omni injuria animus injuriandi *L. 3 §. 1. ff. d. t.* Qui si dubius juramentò locus est, Catpov. *P. 2. Const. 42. Def. 9.* Infertur Injuria vel re vel verbis, *L. 1. §. 1. ff. d. t.* & hinc vel realis, vel verbalis dicitur Matth. Coler. *P. 1. Decis. 161. n. 1. & sequ.* Gail. *L. 2. Obs. 104. n. 4.* Committitur realis factò ad probri & contumeliæ notam comparatò, *d. L. 1.* idque variis ac infinitis modis fieri solet, v. g. si quis alicui alapam impegerit, vel etiam manu baculòque, seu alio instrumento percusserit, *L. Sed est. 9. ff. d. t. Clar. L. 5. Sentent. §. Injuria. n. 1.* vid. Stat. Rig. *Lib. 6. c. 8. §. 2. & 6.* aut si quis alicui nasum, auresque amputaverit, *d. c. 8. §. 1.* Aut si quis levatà manu quasi verberaturus minatus fuerit, non tamen percusserit, *L. Item apud 15. §. 1. ff. de Injur. Damhoud. in Pmx. Rer. Crim. cap. 137. n. 2. Harprecht. in §. Injuria. i. Inst. de Injur.* Verbalis vel ore profertur, vid. Stat. Rig. *d. §. 5. 6.* Vel scriptis, v. Dn. Brunnem. *ad Wesenb. quest. 3. b. 1.* Vindicatur illa injuria, institutà actione injuriarum vel Civiliter vel Criminaliter. Civiliter si agatur, actor injuriam æstimat, atque petit, ut Judex in certam summam Reum condemnet eamque sibi adjudicet, *§. 7. I. d. s. arg. L. 15. §. 2. 25. 34. ff. d. t.* Si criminaliter agatur, petit actor, ut Judex extraordinariam seu pecuniariam pœnam imponat, illamque fisco applicet, habitò respectu circumstantiarum *L. fin. ff. de Injur.* Concordat Jus Stat. Rig.

Rig. quod reos in multam certam præcedente Judicis moderatio-
 ne, nach Richterlicher Ermässigung / condemnat, *d. cap. § 2.* Et 58
 quamvis certæ poenæ reperiantur expressæ & denominatæ, ut mul-
 ta decem, quinque & viginti librarum, in aliis casibus, si quis a-
 liquem manu percusserit, vel crines aut barbam expilaverit *in cap.*
1. §. Si quis alium & §. seq. X. de Pace tenenda 2. Feud. 27. Moribus 59
 tamen hodiernis Judex pro arbitrio poenam dictare potest, Coler.
Decif. 161. n. 5. Quibus correspondet Jus Statut. Rig. ubi, si quis a 60
 liquem percusserit ad maculas vel sanguinem usque, eumque inju-
 riosis affecerit verbis, in pecuniariam poenam ex Judicis modera-
 tione condemmandus, si verò pecuniâ destitutus, in carcerem de-
 trudendus, ibiq; aquâ & pane sumtibus tamen actoris alendus, *d. c. §.*
§. 2. uti ita, quod non habet in ære, luat in corpore. *L. fin. ff. de Injus voc.* 61
 Si verò quis aliquem tantummodo verberaverit, vel mendacii ar-
 guerit, vel aliò modò læserit, pecuniariam poenam, vel pro qualitate
 & conditione personæ læsæ, poenam corporis subire debet afflicti-
 vam, *d. c. §. 6.* Arbitraræ quoque poenæ subjacet, qui aliquem. 62
 gladiò vel cultrò minatus, eum tamen non læsit, Magistratu in-
 terim gladium vel cultrum vindicante, Stat. Rig. *d. c. §. 4.* Si ta- 63
 men quis ex insolentia alicui nasum vel aures amputaverit vel o-
 culum effoderit, Jure Civ olim poena talionis, quæ & Jure Divino,
 obtinet. Jure Stat. Rig. poena corporis afflictiva vel alia gravissima
 ipsi dicitur *d. c. §. 1.* Sed quid si alicui grave quoddam objiciatur 64
 crimen, ita, ut objiciens probationem ejus in se suscipere velit, in ea
 tamen deficiat, Jure Civ., ei tanquam calumniatori talio seu suppli-
 cium illud, quod ob crimen, cujus dolosè vel falsò alterum accu-
 saverat, infligendum fuisset, constituitur *L. un. C. de Famof. Libell.*
Carpzov. Pr. Crim. P. 2. Quest. 98. n. 40. Moribus tamen solùm. 65
 poena arbitraria Menoch, *L. 2. A. 7. quest. 311.* Brunnem. *in d. L. C.*
 Jure nostro Statut. tenetur talis ad recantationem & deprecatio-
 nem, judicioque ad poenam, *d. cap. 8. § 5.* Specialis tamen casus 66
 exprimitur *Lib. 1. §. 6* Jure Stat. quod, si in ipsa Curia inter Senato-
 res rixa oriatur, alterq; alterius famam injuriosis lædat verbis, quæ
 injuria in continenti sopiri non possit, inprimis si injurians ad pro-
 batio-

bationem se offerat, hic tamdiu à Senatu excludendus sit, donec
 67 viâ Juris vel aliâ Transactione res composita fuerit. Regulariter
 enim omnes injuriæ tam reales quàm verbales, quæ in Cæmeteriis,
 foris, balneis, in judicio, vel alio in publico loco inferuntur,
 68 duplicatâ poenâ puniendæ, Jus Stat. Rig. *d. cap. 8. §. 3.* In quo cum
 Jure Civ. convenit, dum semper gravior dicitur poena, si publi-
 cis in locis alter alterum affecerit injuriâ, quæ & tunc atrox dicitur
 §. 9. *Inst. de Injur.*

69 Sequuntur nunc PUBLICA JUDICIA, quæ quomodo à priva-
 70 tis differant, passim à Dd. recensetur. Inter alia horribilissimum
 ac foedissimum Crimen est BLASPHEMIA dictum, contumeliosum
 in Majestatem divinam, Damhoud. *in Pr. Ker. Crimin. cap. 11. n. 11.*
 71 Ob quod DEUS severissimè punit eos, qui Magistratus loco præ-
 sunt taliaque delicta impunita dimittunt Statut. Rig. *L. 6. c. 1. §. 1.*
 imò etiam integra Regna delevit & in alios transtulit, *Nov. 77.*
 72 *c. 1.* Hinc Jus divinum poenam capitis dicitavit talibus trans-
 gressoribus, ut nempe extra Civitatem deducti lapidibus obruan-
 tur, *Levit. 24. vers. 13. 14. seq.* Boër. *Decis. 301. n. 4.* Quod & Jure
 73 Civ. observatum fuisse, sc. blasphemos ultimò affectos supplicio, pa-
 tet ex *Nov. 77. cap. 1. §. precipimus. 2.* Coler. *Part. 1. Decis. 172. n. 1.*
 74 A quo tamen recedit Jus Statut. Rig. ubi crimen blasphemix com-
 mittens pro rei circumstantia & occasione, vel poenâ corporis af-
 flictivâ, vel aliâ quadam castigatione, aut etiam relegatione pu-
 niendus est *d. c. 1. §. 1.*

75 Species blasphemix constitui potest DEMONOMA-
 NIA Magorum & Sagarum, cum quis adhibitis illicitis arti-
 bus, diabolo cooperante, hominibus vel eorum bonis nocet. *L. 4.*
§. 6. de Malef. & Mathemat. add. Theodor. *Tr. Crim. Th. 3. Lit. F.*
& seqq. vel cum quis scienter se ad Dæmones convertit, DEUMq;
 abnegat; & Diabolo se mancipat, quò aliis nocere & desiderata
 76 obtinere possit, Statut. Rig. *d. c. 1. §. 2.* Magorum poena Jure divinò
 77 capitalis est. *Exod. 12. vers. 18. Levit. 19. vers. 27. & seqq. text.* à
 Carpzov. *in Pr. Crimin. P. 1. Quest. 49. n. 1. allegatos.* Jus Civile
 eos interdum simpliciter capite damnavit. *L. 5. L. fin. C. de*
Mathem. & Malef. Alibi supplicium ignis in magos constituit *L. nul-*
lus aruspex 3. in med. C. d. t. Magos & veneficos ferali peste absumi
 jubens

jubens Anron. Matth. *ad L. 48. Tit. 5. §. 5.* Juxta *Constit. Crimin.* 78
art. 109. quomodo Magiæ crimen committatur, aut per expressum
 cum Satana pactum aut per implicitum, & puniatur, v. B. Brun-
 nem. *in Proc. Inquisit. c. 9. n. 14.* Carpzov. *Pr. Crim. P. 1. quæst. 49.*
n. 45. Jure Statut. Rig. si magicis vel illicitis mediis damnum in- 79
 tulerint, vel expressum cum Diabolo pactum, ut noteant, inierint, pro
 rei circumstantia vel gladiò ferendi vel igne comburendi sunt, *d.*
6. l. 9. 2.

Committuntur præterea Crimina in homines & in publicam 80
 honestatem & tranquillitatem, inter quæ gravissimum est CRIMEN
 LÆSÆ MAJESTATIS, juxta Decian. *in Tr. Crim. L. 7. c. 37. n. 1.* quod
 adversus Reip. aut ejus, penes quem summum est Reip. imperium,
 securitatem vel contra dignitatem & potestatem fit. *L. 1. §. 1. L. ult.*
ff. ad L. Jul. Majest. Si igitur Crimen hostili animò perpetratum, 81
 contra securitatem Reip. vel Principis, huic insidias vitæ struendo,
 poena ejus est gladius *Const. Crim. art. 124.* Imò sectio in quatuor
 partes *d. Constit.* Carpz. *Pr. Crim. d. P. 1. Quæst. 41. n. 40.* & in hoc
 delicto consilia, imò etiam conatus exterius se exserens est punibi-
 lis, Farin. *Controv. Illust. Quæst. 11.* Liberi delinquentis fiunt inte-
 stabiles, *L. 5. §. 1. C. ad L. Jul. Maj.* & filix tantum legitimam ma-
 ternam capiunt, tandemque memoria ejus damnatur. Quod, li- 82
 cet durum & hinc sublatum esse putet Farin. *d. Quæst. n. 144.* exem-
 pla tamen extrantia contrarium probant, sicuti hoc præjudiciorum
 Collectores testantur. In primis ultima exempla in Sententiis Co- 83
 mitis Uhlfeldii & ante eum Francisci Ravillacii, vid. Dn. Præf. *in*
Tr. de Jur. Sens. Dissert. 8. cap. 4. n. 16. Quod Jus Statut. Rig. attinet, 84
 illud quidem Sectionem in quatuor partes dicitur Civibus & incol-
 lis, qui Dominum suum vel Magistratum produnt vel ipsi perfidi
 & perjuri existunt *d. L. 6. c. 2. §. 2.* de bonorum confiscatione & me-
 moriæ damnatione nihil subjiciens. In eo quoque convenit Jus Stat. 85
 quod tantum Civib⁹ & incolis hanc poenam dicitur *d. §. 2.* nam Cri-
 men læsæ Majest. tantum à subditis committi posse patet *ex Clement-*
Pastoralis de Sentent. & Rejudic. Faber. *in Cod. Tit. 6. Def. 10.* Datur
 quoque Crimen Majestatis simplex, quod contra dignitatem Princi- 86
 pis

pis patrat, ut, si quis Statuam dejiciat, L. 6. b. t. ubi non semper gladii, sed interdum relegationis vel deportationis pœna dicitur, L. 40. junct. L. 24. ff. de Pœn. B. Brunnem. in Proc. Inquisit. cap.

87 9. n. 25. Cum quo convenire videtur Jus Stat. Rig. d. cap. 2. §. 1. quod pœnam corporis afflictivam dicitur illi, qui verbis vel factis ullo modò Majestatem Serenissimi Regis Svedicæ, Dni. nostri Clementissimi, læserit.

88 Huic affinis est SEDITIO mobilis vulgi concursus tumultuaris contra quietem publicam institutus *Const. Crim. art. 127.* Pœna ejus laqueus, gladius, aut alia gravis L. 2. C. de Sedit. nonnullis & 89 relegatio dicitur Damhoud, in Pr. Rer. Crim. cap. 63. n. 11. Jur. Stat. 90 Rig. pœnæ corporis afflictivæ subjiciendus, qui sine scitu & consensu Magistratus signum explicat & certo in loco collocat, campanas pulsat vel conventicula excitat, ad movendam in urbe seditionem. d. L. 6. c. 4. §. 1.

91 Vindicatur quoque L. Juliâ publicâ ADULTERIUM, violatio 92 scil. thori alieni. Pœnam quod attinet, gladium dicitur Jus divinum, Levit. 20. v. 10. Deut. 32. v. 22. & Jus Civile per §. 4. Inst. de Publ. Jud. & L. 30. C. de Adulter. Mitiùs tamen cum fœmina procedendum esse voluit Justinianus, fustigationem locò pœnæ capitalis substituens Nov. 134. c. 10. Juxta quam Nov. distingvendum; an 93 adulterium simplex, an duplicatum. Si duplicatum fuerit, ut si conjugatus cum conjugata rem habeat, Maritus Jure Civ. gladiò punitur; Uxor verò adultera in monasterium detruditur, ex quo intra biennium recipi potest à marito *Auth. Sed hodie C. de Adult. Nov. 134. c. 10* Moribus utriq; fœminæ non minus ac mares, gladiò 94 feriuntur, quod de Marchicis testatur Brunnem. in Proc. Inquisit. c. 9. n. 30. & de Saxonis Carpz. d. Part. quest. 54. n. 14. & seqq. Quibus correspondet Jus Statut. cit. Lib. 6. c. 6. §. 2. Illud subjiciens, quod omne, adultero in ipso facto deprehensio contingens, impunitù maneat, d. §. 2. Concordat Jus Civ. ubi talis impunè occidi potest L. 22. & seqq. ff. ad L. Jul. de Adult. & *Auth. si quis C. d. t.* vid. de hac 95 materia prolixius Zeithoff. Tr. de Jur. occid. depreh. in adult. Si simplex h. e. si solutus cum conjugata se misceat, dicitur pœna gladii Viro, conjugata autem tantùm fustigari solet moribus Marchi-

eis v. B. Brunnem. *cit. loc. n. 10.* Jure Sax. uterqve pœnâ gladii afficitur Carpzov. *d. quæst. 54. n. 31. & seq.* In Jure Statut. hoc casu nihil speciale reperimus. Si maritus cum soluta coit, fustigationem ac relegationem pœnæ locò sustinet maritus, fœmina verò relegationem vel carcerem Carpzov. *d. quæst. 54. n. 59. 64.* Licet Jus Saxon. Electorale fœminæ fustigationem, marito gladium dicitur Carpz. *d. quæst. 54. n. 37.* Jure Statut. *d. c. §. 3.* Marito pœna constituta, ut adulter publicæ ignominia am Pranger/ exponatur, à qua ignominia tamen solutione trium marcarum argenti se liberare potest, fœminæ nullâ planè factâ mentione. Constituta quoque & alia pœna Adulterii Jur. Civ. *in L. 8. C. de Repud.* ut Mulier adultera amissione dotis puniatur, illaque marito adjudicetur v. Zœf. *ad ff. n. 29. b. t.* Concordant Jur. Stat. Rig. *L. 4. c. 6. §. 2.* quæ adulteram tunc in Oberspiel betretene Ehebrecherin à Mariti successione repellunt, eamq; defuncti agnatis deferunt.

Remittitur pœna adulterii, si pars innocens pro nocente Conjuge intercedat, eiqve ulterius cohabitare velit Carpzov. *quæst. 55. n. 6. & seq.* tenetur tamen Conjux innocens personam relegatam sequi v. Brunem. *d. l. n. 32.* Jus nostrum Statut. sibi speciale quid constituit, licet adulterium sit duplicatum, dum non exigit, ut pars innocens pro altera intercedat, sed, ut adulter apud adulteræ maritum gratiam expetat, quâ impetratâ, à pœna capitali liberatur & Marito ad 10. marcas argenti solvendas, judicio verò ad quatuor obligatur *d. c. 6. §. 2.* Ne autem hac ratione mulier adultera impunis abeat, marito concessa facultas est eam Camera includendi & pane aquâqve alendi *d. cap. 6. §. 2.* Pœnam adulterii verò subit crimen confessus aut convictus, si tamen ex vita minùs casta, quædam orientur indicia, aliquem adulterii reum esse, Jure Statut. Judex eum citare, &, nisi juramento se purgaverit, adulteris destinatâ pœnâ afficere potest *d. c. 6. §. 4.* Convenit Jus. Civ. ubi itidem quis ex præsumtionibus urgentissimis & juris ac de jure ut in *L. 34. C. ad L. Jul. de Adult. & Auth. Si quis ei C. d. t. Nov. 117. c. 15.* condemnari potest v. Brunnem. *in Rep. Par. ad Wesenb. q. 24. d. t.* Tutius tamen tali casu pœnam extraordinariam irrogari, monet Carpz. *in Pr. Cr. P. 3. q. 116. n. 51. seqq.*

- 103 Adulterio affinis cenferur POLYGAMIA simultanea, ejusque
pœnam Jure Civ. dictatam prolixè demonstrat Carpz. *P. 2 quæst. 66.*
n. 16. & seqq. quorum me brevitatis amore remitto; Eamq; & Jure
104 divinò & naturali capitalem esse deducit. Idem *cit. loc.* Quamquam
non desint defendentes, illam Jure divino nunquam prohibitam fuisse
quos allegatos vid. in Dn. Præsid. *Annot. ad Brunnem. Jus Eccles. L. 2.*
c. 16. §. 1. Et hinc ex gratia Principis Bigamo ultimum supplicium
remitti posse responsum in *Amplissima Facultate Jurid. hujus Viadr.*
105 *quod integrum Responsum videre est in dict. Annot. cit. l.* In Imperio
Romano tamen dictatur pœna gladii Polygamo *Constit. Crim. art. 121.*
Coler. Dec. 176. n. 80. convenit Jus Stat. *Rig. d. l. 6. cap. 6. §. 1.* modò
sciens aliam superinducat *d. §. 1.* si enim ignarus alterius vitæ aliud
matrimonium contrahat, vel mitiori vel plane nullâ pœnâ affi-
ciendus est Carpzov. *d. quæst. 66. n. 60. & 65.*
- 106 Annumeratur delictis carnis STUPRUM, quod in Virginem Vi-
duamque honestam committitur vid. Damhoud, *Pr. Crim. cap. 92.*
107 *n. 2 §. 4. Inst. de Publ. Judic. L. 6. §. 1. ff. ad L. Jul. de adult.* Pœna ejus
Jure Civ. in honestioribus est publicatio dimidiæ partis bonorum,
in vilioribus stupratoribus fustigatio cum relegatione *d. §. 4. Inst. de*
Publ. Judic. vid. Harprecht. *ad d. l. n. 40. in princ. Berlich. P. 5.*
Concl. 38. n. 5. Cardin. Tusch. T. 7. Præf. Concl. Tit. 5. Concl. 709. n. 10.
- 108 Jure divino, ut stupratam & dotet & ducat *Exod. 22. v. 16. Deut. 21. v.*
28. Menoch. L. 2. A. Q. cas. 288. quod & Jus Canon. sequitur, pœnam
Jure divino statutam repetens & confirmans *c. 1. & 2. X. de Adult.*
109 *Berlich. d. Concl. n. 3. Anton. Tessauro Dec. 3. n. 2.* Sed hanc copu-
lativam DOTET ET DUCAT in alternativam resolutam esse asserit
Carpzov. *quæst. 68. n. 6.* ita ut moribus sufficiat, aut ducere aut do-
tare: Concordat Jus Stat. *Rig. d. c. 6. §. 6.* ita, ut puellam vel dotare
110 vel ducere teneatur, si stuprata sit filia Viri honesti *d. §. 6.* Si verò an-
111 cilla, illa in servitiis subsistere & stuprator ad infantem alendum
obligatur. Æquissimum enim est & Juri Comm. maximè conveniens,
ut quilibet Pater infanti maximè necessaria suppeditet *L. Nec filium q.*
C. de Pat. potest. Cap. Cum haberet in f. X. de eo qui duxit in matrim.
- 112 Tessauro, *d. Decis. 3.* Si tamen in stupro uterque deprehensus, licet
imprægnatio secuta non fuerit, nihilominus uterque à Judice pœnâ
affici

affici potest *d. cap. 6. §. 5.* Quod si verò stuprator stupratam ducere 113
 nolit, ei talem dotem constituit, qualem Pater constituturus fuisset,
 imò etiam tantam, quantum opus habet deflorata, si maritum sibi
 convenientem invenire velit. *Wam. Conf. 583. n. 6. Menoch. d. l.*
cas. 285. n. 18. Concordat Jus Statut. ubi secundum conditionem
 suam dotanda est *c. l.* Alterum si eligat stuprator, & stupratam du- 114
 cat, dotem à Patre petere nequit, *Guttier. L. 1. Can. qu. cap. 37.*
n. 20. Brunnem. Jur. Eccles. L. 2. cap. 18. §. 26. Concordat & in hoc 115
 Jus Stat. *d. §. 6.* ubi ille justam dotem petere nequit, sed Parentum
 & propinquorum dispositioni & liberalitati relinquitur, quid ipsi
 in dotem dare sponte velint.

Simplici hoc stuprò longè gravius Crimen est STUPRUM VIO- 116
 LENTUM mulieri invitæ & repugnantì illatum *Petr. Heig. P. 2.*
quæst. 28. Cujus atrocitas ex dictata pœna apparet, dum stupra- 117
 tori, etiam si meretrix vulgaris stuprata, pœna gladii dicitur tam
 Jure divinò *Deut. 22. v. 25. 26. & 27.* quàm Jure Civ. *L. 1. §. qui puero*
2. ff. de Extraord. Crim. Farin. P. 5. Oper. Crim. qu. 127. n. 9. Joh. Schneidew.
ad §. Item Lex Julia de adult. vers. Sed eadem n. 2. Inst. de publ. Jud. cui
 correspondet *Const. Crim. art. 119.* Idque etiam Jure nostro Statut. 118
 expressè dispositum, ut ille, qui foeminam violenter stupravit, si illa
 clamorem concitaverit, ita, ut audita fuerit, illudque per testes
 probari possit, capite plectatur *d. c. 6. §. 7.* stuprata verò plane non
 punitur *Carpzov. P. 4. Const. 3. Def. 9.* qui cit. *Const. Def. 7.* asserit,
 supplicium remittendum esse, si stuprata stupratori nubere velit.

Post delicta carnis vindicanda veniunt VIS PUBLICA AC 119
 PRIVATA, quæ olim secernebantur ex persona delinquentis & pa-
 tientis vid. *Carpz. Pr. Crim. P. 1. quæst. 40. n. 5.* Sed hodie vis publica à 120
 privata armis distinguitur *L. Hoc jure 152. ff. de Reg. Jur.* ut vis pù-
 blica dicatur, si arma fuerint adhibita *§. 8. Inst. de Publ. Jud. L. 1.*
L. 3. §. 2. L. 5. ad L. Jul. de vi publ. aliusve atrocior modus v. *d. L. 5.*
7. 8. 10. d. t. si adversus ædes alicujus privati quid suscipiatur, in ædes
 violenter irruendò rapiendi aut nocendi animò. Quod crimen 121
 eò gravius vindicatur ob securitatem ædium violatam, cum do-
 mus cuique sua sit tutissimum refugium & receptaculum *L. 18. ff. de*
in jus voc. *Martin. Dobber. in Repert. Lit. D. n. 171.* Pœna de Jur. 122
 Civ.

- Civ. statuta reperitur deportatio § 8. *Inst. de publ. Judic.* imò interdum ultimum supplicium *L. 8. C. d. t. Hering. de Jur. burgor. n. 726. Coler. P. 1. Dec. 155. n. 23.* quoniam hodie eam arbitrariam & adhiberi ratione circumstantiarum ad mortem usque extendi posse
- 123 asserat Carpz. *Pr. Crim. P. 1. quæst. 40.* Jure Statut. Rig. securitatem ædium ex proposito violans dominumque verberans & in eo delicto deprehensus, poenâ corporis afflictivâ puniendus *d. L. 6. cap. 4. §. 10.* cui poenæ subjacent & illi, qui operas præstitere *d. §. in quo correspondet Juri Civ. arg. §. 11. Inst. de Oblig. qu. ex quasi del.* Exasperatur quoque poena, si in præsentia Senatoris vis aliqua, licet etiam
- 124 privata fuerit, illata, ita, ut si Senator sub poena certa pecuniaria pacem injungat, illam violans ad eam poenam condemnari possit *d. cap. 4. §. 3.* Vim inferens verò si quod damnum ex ipsa violenta effractione perpeffus fuerit, à nemine ejus restitutionem petere potest
- 125 Stat. Rig. *L. 6. c. 4. §. 8.* Damnum enim, quod sic ex sua culpa sentit, non sentire præsumitur *per L. 203. ff. de Reg. Jur.* Quò igitur illi, qui à pessimo hóc hominum genere adoriuntur, se eò melius defendere possint, cautè disposuere Jur. Stat. Rig. *d. cap. 4. §. 2.* dum necessitatem injunxerunt vicinis, omnibus de vi illata vociferantibus succurrendi sub severa judicii poenâ vel non auditi clamoris fidem juramentò faciendi *d. c. §. 2.*
- 127 A violentiæ quoque poena immunes non sunt, qui vias, tria occupant vel obsident ac prætereuntes expectant, quos vulnerant, pulsant aut verberant, Germ. hoc crimen dicitur, *Berweg-*
- 128 *Idgerunge.* Jure Saxon. his insidiosis occultatoribus, si prætereuntes leviter vulneraverint, carceris vel ad tempus certum relegationis poena dicitur, si graviter, manus ipsis amputatur vel virgis cæsi in perpetuum mittuntur exilium, *Const. Elect. 13. Part. 4.* Carpz. *d. quæst. 40. n. 36.* Jure nostro Statut. si hi per testes de crimine obfessionis itinerum convicti fuerint pro illato damno & periculo in duplum condemnantur. *v. d. lib. 6. c. 5.*
- 129 Accensetur delictis publicis HOMICIDIUM, quò homo dolò seu à sciente seu volente occiditur, *L. 1. ff. ad L. Corn. de Sic.* quod crimen eadem quoque *Lege Corneliâ sc. de Sicar.* vindicatur, vid.
- 131 Carpzov. *Præx. Crim. P. 1. quæst. 1. n. 53.* Poena in homicidas Jure Civ.

Civ. constituta est capitalis, dum rationi optimè convenit, ut homicida, quod fecit, rursus expectet §. *item*. L. *Cornel. Inst. de Publ. Jud. L. un. in pr. vers. Et merito C. de Rapt. Virgin. L. 3 §. Legis Cornelia. s. ff. ad L. Cornel. de Sicut. L. 1. §. 3. d. t. L. Quoniam multa 6. C. ad L. Jul. de vi publ.*

In quo Jus Civ. convenit cum jure divino, quò 132
pariter homicidæ morte multantur, v. *Gen. 9. Levit. 24. Exod. 10 v. 21. Matth. 26.* aliiq; textus plures. Quod ipsum etiam in *Const. Crim. Carol. expressè sancitum art. 137.* A quo non discrepat Jus Stat nostrum 133
L. 6 c. 4. §. 4. quod itidem homicidæ pœnam gladii dicitur. Et 134
quamvis ex allegatis textibus satis superq; pœnam capitis dictandam esse, pateat, sæpe tamen pœna hæc aggravatur, sæpe mitigatur vel in totum vel pro parte. Sic in latrocinio, cum quis nihil mali metuens 135
ab alio clanculum interficitur, pœna exasperatur, dum latro non tantum pœnâ ordinariâ afficitur sed & post executionem cadaver ejus rotæ imponitur *Carpz. quest. 24. n. 16.* concordat Jus Statut. L. 6 c. 4. §. 5. Eâdem quoque ratione aggravatur delictum homicidii, si quis venenò aliquem interemerit; plus enim est hominem extinguere venenò, quàm gladiò occidere, ut loquitur Antoninus in L. 1. C. de *Malef. & Mathem.* Hinc quoque *Constit. Crim. art. 130.* constitutum, 137
ut mas propter hoc delictum rotâ contundatur, foemina culeo insuatur & suffocetur. Jure Stat. Rig. ipsis eadem cum sagis dicitur pœna, ut vel gladiò vel igne pro rei qualitate vitâ priventur, *d. lib. 6. c. 1. §. 2.* Quemadmodum verò in homicidio doloso, seu 138
voluntario interdum exasperatur pœna, ita quoque in eodem mitigatur seu à pœna ordinariâ absolvitur reus homicidii, quando dolosè vulneratus obiit non ex vulnere, sed culpâ Medicorum, vel malò regimine, vel aliâ culpâ superveniente, *Damhoud. cap. 75. n. 10. Gometz. Tom. 3. Variar. Resolut. cap. 3. n. 28. & 29. Fatim. Oper. Crim. Quest. 127. n. 1.* Concordat Jus Statut. ubi, si vulneratus intra 14. 139
dies aliquantulum recovalescat, & postea moriatur, vulnerans pœnâ ordinariâ non afficiendus, quanquam pœnam ob vulnerationem effugere non possit, *d. Lib. 6 c. 4. §. 6.* Simili ratione, si quis aliquem 140
in aquam præcipitet, illeque obeat, præcipitans vita privatur, si vero præcipitatus ex hoc periculò liberetur, delinquens tantum arbitrariâ pœnâ puniendus erit, vid Stat Rig. *d. c. 4. §. 11.* In omni enim

- enim delicto eventus attendendus & eventus felix mitigat poenam, L. 16. §. 8. ff. de Pœn. & non nisi in atrocissimis conatus pro eventu
- 141 punitur, v. Brunnem. *Exercit. 13. ad Inst. §. 8.* Quo autem pœna hæc homicidis dictata locum habeat, non præsumptiones vel conjecturæ sufficiunt, sed exiguntur probationes luce meridianâ clariores, L. *Absentem. ff. de Pœn. L. ult. C. de Probat. Mynsing. Cent. 5. Observ. 33. Gail. L. 1. Obs. 108. n. 18.* Concordat. Jus Statut. de necessitate, reqvirens, ut homicida vel in ipso actu deprehendatur, vel plene convincatur d. cap. 4. §. 4.
- 142 Quod transactionem attinet cum parte offensa, illa tam in causis Civilibus quàm Criminalibus permilla, etiamsi sanguinis inferant poenam per L. *Transigere. 18. C. de Transact.* Ignoscendum enim est, quolibet modò redimenti sanguinem suum, ut loquitur
- 143 Ulpian. in L. 1. ff. de bon. eor. qui ant. sentent. Sed hæc transactio neque Judici, neque tertio præjudicare potest; quare, non obstante transactione, reum ab alio accusari posse, tradunt vulgo Ddr. à Carpz. P. 3. *Quest. 148. n. 2.* citati. Multominus Judici, ut reum condemnare nequeat, cui potius incumbit ob Reipub. interesse delicta vindicare L. *in vulneratus. 52. §. 2. ad L. Aquil.* & ex officio in delicta inquirere, L. *Congruit. 13. ff. de Off. Pras.* Cui correspondet Jus Stat. Rig. L. 3. cap. 5. §. 3. ubi quoque delinquentibus invicem vel publicè vel privatim transigendi facultas conceditur, Judici tamen ex officio nihilominus rei cognitione propter poenam reservatâ.
- 145 Homicidio annumeratur *ἀνθρώπου*, imò eò longè detestabilior est, cum alterum interficiendo tantùm illius corpus lædatur, sibimet autem violentas manus inferendo & corpus, & anima nefandè perdatur Decian. in *Tr. Crim. L. 9. cap. 1.* Gravissimas idcirco poenas in hos statuere LLatores, dum delictò consummatò & morte secutâ corpori sepulturam honestam denegârunt, & in locum infamem cadaveribusque destinatum illud projici voluerunt, Schneidewin. in *§. Religiosum. 9. n. 9. Inst. de Rer. div.* Carpzov. *Pr. Crim. P. 1. Quest. 2. n. 37.* idque moribus observari tradit Heig. L.
- 147 2. *Quest. 36. n. 64 & Quest. 39. n. 32. & 33.* Quibus correspondent Statut. Rig. quæ eandem sepulturam caninam cadaveri dictitant, ut à carnifice

earnifice in campum deducatur, ibiq; sub terra abscondatur. *d. L. 6. c. 4. § 12.* Bona eorum, quod attinet, ea carnifices sibi communiter vindicare solent, sed jus illud ipsis neutiqvam competere, nisi legitimam consuetudine introductum fuerit, docet Carzpov. *P. 1. Quest. 2. n. 32.* Nec Jure Civ. per Nov. 134. *cap. ult. & Const. Crim. art. 135.* ea amplius confiscantur, sed heredibus relinquntur, concordant Stat. Rig. *d. c. 4. § 12.*

Sequitur FALSUM cujus Principale requisitum dolus est, sine quo falsitas non committitur, *L. Eos 27. ff. ad L. Corn. de Fals. L. 16 ff. de Test. Mascard. de Probat. Lib. 2. Conclus. 739 n. 12. Menoch. de Arbitr. Jud. qv. Lib. 2. c. 309. n. 1. & de Presumpt. L. 5. presumt. 20. n. 51.* Committitur verò diversis modis, quos à B. Brunnem. *ad Wesenb. b. t. quest. 3.* notatos videre licet, quorsum me brevitaris amore remitto. Referuntur inter hos illi, qui testimonium falsum dixere *L. 1 §. 1. 2. L. 9. § pen. L. 20. L. 21. L. 27. ff. ad L. Cornel. de Fals. Const. Crim. art. 68.* Damhaud. *cap. 121. n. 4.* qui hoc loco asserit, ejusmodi testem, qui falsò deposuit, puniendum criminaliter aut civiliter, juxta qualitatem facti *d. L. 1. in princ. & §. 1.* etiamsi falsum testimonium nullum fortiaur effectum. vid. Francisc. Marc. *Decis. Tom. 2. quest. 7. 8. n. 14.* Sin verò ob falsum ipsius testimonium quis condemnatur ad mortem, tunc falsarium testem puniendū, non solum ut testem falsum, sed & ut proditorem & homicidam Carpz. *P. 2. Quest. 93. n. 46.* imò poenam talionis plectendum esse asserit Francisc. Marc. *d. quest. 798. n. 13.* Jure Statut. Rig. ipsi infamia, & ob commissum perjurium, poena corporis afflictiva dicitur, & præterea obligatur ad restituendum damnum parti læsæ ex dicto testimonio datum, *v. d. L. 6. cap. 11. & L. 2. c. 22. §. 2.* Falsum quoque committunt Nummos cudentes. *L. 18 & 9. d. 1.* Quorum poena hodiè capitalis est, ex Constitutione Constantini Imperat. *L. 1. & 2. de Fals. Mont.* Confiscantur quoque eorum bona, ipsa domus, in qua moneta cusa, fisco vindicatur, ipsiqve cudentes flammis mancipantur, etiamsi justiponderis monetam formaverint, *Zœf. ad d. 1. n. 13.* Jure Stat. Rig. si adulterans cuderit monetam, infra valorem quatuor semunciarum, vter soht / illaque penes eum reperta fuerit, manus amputatio ei dicitur, si verò ultra dictam summam monetam falsi ponderis vom falschem

- 157 falschem Pagament cuderit, vitâ privatur. *d. L. 6. c. 10. §. 1.* Falsificantibus non immerito Jure Stat. annumerantur aurifabri, qui ex argento infra XII. semunciarum bonitatem quid conficiunt; pœna ipsis statuta vel pecuniaria vel corporis afflictiva famæque privatio pro rei qvalitate *d. c. 10. §. 2.* Committitur quoque Crimen falsi utendo falsis mensuris. *L. 32 §. 1. d. t. Zoel. d. t. n. 2.* pœnaq; iis dicitur arbitraria; Concordat Jus Stat. Rig. *d. cap. §. 3.* ubi pœnam in corpore & fama secundum Judicis moderationem luere debent.
- 159 Criminibus hisce publicis subjungendum est extraordinarium quoddam Crimen scilicet, **RECEPTIO FACINOROSORUM SEU DELIN-**
- 160 **QVENTIUM.** Quod crimen cum extraordinariû sit, arbitrariâ pœnâ receptatores teneri rectissimè concludit Petr. Theod. *in Colleg. Crim. Diss. 3. tb. 15. lit. E.* quam sententiâ prolixè defendit Carpz. *in Pr. Crim. P. 3. Quest. 134. n. 38. & seqq.* Cui adstipulari videtur Jus Statut. Rig. dum eum, qui maleficum defendit, ne à persequentibus apprehendatur, pœnâ corporali afficit, à qua tamen pro rei qvalitate se pecuniâ liberare potest, *d. Lib. 6. c. 4. §. 9.* Simili casu ille, qui seditiosum recipit, in pœnam trium marcarum argenti condemnatur vel juramentum præstat, sibi haud notam fuisse recepti conditionem *d. L. c. 7. §. 1.* Ab omni pœna verò liber pronunciatu-
- 163 hospes, in cujus ædibus sine ipsius culpa ab hospitibus invicem rixantibus homicidium commissum, & homicida aufugit; modò juramento asserere possit, se vociferando clamorem excitâsse, nec delinquentem detinere potuisse, Jus Statut. Rig. *d. L. c. 4. §. 7.*

CAPUT IX.

DE PROCESSU.

SUMMARI A.

Connexio n. 1 | *da, ad quam jurisdictionem res*
In omni processu ratio haben- | *ventilanda pertineat. 2. seqq.*
Qua

<i>Qua res & persona eorum Magi-</i>	<i>De juramento à parte delato & re-</i>
<i>stratu Rig. agitari ac conveniri</i>	<i>lato.</i>
<i>possint, qua non.</i>	167. <i>seqq.</i>
5. <i>seqq.</i>	<i>De juramento à Judice delato.</i>
<i>Qua persona in judicio comparere</i>	192.
<i>possint.</i>	<i>seqq.</i>
24. <i>seqq.</i>	<i>De juramento purgatorio</i>
<i>In quibus causis Procuratores in-</i>	198. <i>seq.</i>
<i>tervenire possint.</i>	<i>De probationibus.</i>
29. <i>seqq.</i>	200. & 222. <i>seq.</i>
<i>Quomodo constituantur.</i>	<i>De Examine ad perpetuam rei me-</i>
34. <i>seqq.</i>	<i>moriam.</i>
<i>Qui Procuratores esse possint.</i>	201. <i>seq.</i>
42.	<i>De probatione per testes.</i>
<i>seqq.</i>	225. <i>seq.</i>
<i>Advocati à cavillis improbis absti-</i>	<i>De Reprobatione.</i>
<i>nere debent</i>	246. <i>seqq.</i>
50. <i>seqq.</i>	<i>De probatione per signa, sigilla.</i>
<i>Judex suspectus removendus</i>	249. <i>seqq.</i>
58.	<i>Qui testes esse possint.</i>
<i>seqq.</i>	252. <i>seq.</i>
<i>De cautione in judicio prestanda</i>	<i>De publicatione attestatorum.</i>
64. <i>seqq.</i>	260.
<i>De citatione, & quomodo ea in sinu-</i>	<i>De probatione per Instrumenta.</i>
<i>anda.</i>	264.
68. <i>seqq.</i>	<i>Qua instrumenta probandi vim</i>
<i>Quando & quomodo contra contu-</i>	<i>habeant.</i>
<i>macem procedendum.</i>	265. <i>seqq.</i>
77. <i>seqq.</i>	<i>Libri Mercatorum quomodo pro-</i>
<i>De amabili litium compositione</i>	<i>bent.</i>
<i>à Judice facienda.</i>	275. <i>seq.</i>
94. <i>seqq.</i>	<i>Instrumenta in Originali exhiben-</i>
<i>Qua beneficia pauperibus litem</i>	<i>da.</i>
<i>suscepturis concessa.</i>	288. <i>seq.</i>
97. <i>seqq.</i>	<i>De adversarii confessione</i>
<i>Processus divisio in ordinarium &</i>	290. <i>seqq.</i>
<i>summarium.</i>	<i>Sententia quando & quomodo fe-</i>
101.	<i>renda.</i>
<i>Qua res summario processu venti-</i>	293. <i>seqq.</i>
<i>laude.</i>	<i>De declaratione sententia.</i>
101. <i>seqq.</i>	298. <i>seq.</i>
<i>Qua in processu summario obser-</i>	<i>De appellatione.</i>
<i>vanda.</i>	304. <i>seqq.</i>
110. <i>seqq.</i>	<i>De appellationis fatalibus</i>
<i>De processu ordinario.</i>	309. <i>seqq.</i>
113. <i>seqq.</i>	<i>De Revisione actorum coram Senatu</i>
<i>De Recontentione.</i>	<i>impetrata.</i>
122. <i>seqq.</i>	330. <i>seqq.</i>
<i>De Processu Aresti.</i>	<i>De appellatione ad Summum Tri-</i>
129. <i>seqq.</i>	<i>bunat Regium Stockholmic</i>
<i>Quando Exceptiones opponenda</i>	338.
161. <i>seqq.</i>	<i>seqq.</i>
	<i>De extraordinaria appellatione ad</i>
	<i>Idem Tribunal.</i>
	345. <i>seqq.</i>
	<i>De Executione.</i>
	353. <i>seqq.</i>
	O
	De

De immissione.

370. seq.

De expensarum refusione.

392.

De tertia interveniente.

384. seq.

Conclusio.

398. seq.

HActenus de modis jus aliquod sibi acquirendi: Restat tertium Juris objectum ACTIONES scil. seu modi, quibus jus acquisitum persequimur in judicio *pr. Inst. de Action.* Quod, cum hodie solenni ac certâ processûs formâ fieri soleat, ejus discussionem pro instituti nostrî ratione eò ordine, quò in Statut. Rig. L. 2. PROCESSUS JUDICIARIUS tractatur, brevibus hîc suscipimus. Quoad processum legitimè instituendum cautè observandum, ad quam & qualem Jurisdictionem res ventilanda pertineat. Jus Civile quod attinet, ejus dispositionem hac in parte jam dudum antiquavit & longa mutavit dies, uti Carpov. loqui amat *in Proc. Tit. 2. art. 1. n. 3.* adeò, ut moribus solum fori usum conventionem ac consuetudinem cynosuram suggerere, asserat Knichen. *in Tr. de Jur. territor. c. 4. n. 21. & 43.* Wehner. *in Præf. Observat. vocab. Zenth.* Cujus monitum & nos observaturi species Jurisdictionis Jure Stat. introductas primò recensebimus. Recensentur verò L. 2. c. 1. §. 4. das Bogtheiliche Gericht / das Land Bogtheil. das Weissen Gericht / Amts-Weiss-Kirchen und Bau-Gericht. Judicium prætorium das Bogtheil. Gericht quod attinet, ejus dispositionem videre est d. c. 1. §. 1. & cap. 5. & 1. Ventilandæ coram eo tanquam in prima instantia d. §. 1. omnes res tam Civiles quam Criminales eiqve adhærentes, exceptis Testamentis, petitionibus hereditatis, Proclamatibus, immissionibus ex primo & secundo decreto, quæ primam instantiam coram toto Senatu sortiuntur Stat. Rig. d. L. c. 3. §. 1. Quoad Criminales tamen observandum, huic judicio inferiori tantum competere facultatem inquirendi, non verò pœnam seu torturam dictandi, quæ à Senatu, actis ei communicatis, imponenda d. c. §. 2. Conveniuntur in eodem Rei quatuor præcipuè ex causis: Domicilio, contractu, delicto, & Re, de qua agitur d. L. 2. c. 2. §. 2. Respondebunt itaque coram eo omnes domicilium in Civitate nostra habentes die Eingeböhrne und Eingeseffene / sive nobiles sive ignobiles sint d. c. 2. §. 1. in quo correspondent Stat. Juri Civ. vid. L. Hares 19. §. ult. ff. de Judic. L. Incola 29. ff. ad municipal. cap.

Cum

Cum sit generale §. X. de Foro Compet. Subintelligendum verò hîc domicilium in habitationis, quod verba *d. §. 1. Eingebörne und Eingeseffene* indicant, non originis; Illud enim si mutatum, alibi novò constitutò, amissum censetur Gail. *L. 2. Obs. 63. n. 3. Zanger. de Except. P. 2. c. 1. n. 68.* Sortiuntur idem forum in Civitate nostra contrahentes *d. §. 1. & 2.* vel alio in loco contractum celebrantes, in eadem verò solutionem promittentes *d. §. 2.* Concordat Jus Civ. Intelligitur enim locus contractus, in quo quid dari promissum, seu in quo, ut quis solvat, se obligavit *L. contraxisse 21. ff. de O. & A. L. 1. 2. & 3. de Reb. aut. Jud. possid. L. 19. §. ult. ff. de Judic. cap. Romana §. contrahentes X. de For. compet.* Idem forum agnoscit Reus in causis Criminalibus, si vel in Civitate Rigensi vel ejus territorio homicidium aut aliud delictum commisit *d. cap. 2. §. 1. & 4.* in quo Jus Statut. correspondet Jur. Civ. v. *L. 3. ff. de Off. Presid. L. Sicut crimen 7. §. penult. & L. ult. ff. de Accusat. L. Solent 7. ff. de Custod. reor. L. 1. & Auth. Qua in provincia C. ubi de crimine agi oport. Nov. 69. c. 1. Decian. in Tr. Crimin. L. 4. c. 7. §. 1. Zang. de Except. P. 2. cap. 1. n. 221.* Vel si in alio deliquit, in territorio Rigensi tamen deprehensus *d. §. 4.* in quo Stat. Jus differt à Jur. Civ. per *L. 1. C. ubi de Crim. agi oport. nisi deprehensus fuerit vagabandus d. L. 1. Duaren. ad Tit. ff. de Jud. c. 12.* Convenit tamen cum moribus hodiernis ubivis ferè receptis Carpz. *in Proc. Tit. 3. art. 2 n. 39. Zanger. d. c. n. 248.* Eidem judicio obnoxii quoque sunt illi, qui ob res sub Civitatis Jurisdictione fixas conveniuntur, sive res sint mobiles sive immobiles, sive depositæ sive aliam ob causam alicui commissæ *d. c. §. 5.* concordat Jus Civ. per *L. Quod 38. ff. de Judic. L. fin. C. ubi in rem actio. Carpzov. d. Tit. art. 3. tot.* Quod non tantùm lite inter Laicos, sed & inter Laicos & Clericos aut solos Clericos existente procedit *cap. Sane 3. C. Si Clericus §. cap. fin. X. de For. compet.* Non enim persona Ecclesiastica, quæ ei obligata non est *§. omnium 1. Inst. de Act.* trahitur in judicium, sed res ipsa Gail. *L. 1. Obs. 37. n. 4. Boër. Decif. 69 n. 7.* convenit Jus Statut. Rig. *d. §. 5.* Eodem in foro Creditor fugitivus aliq; forenses vagabundi comparere tenentur *d. c. 2. §. 3.* convenit Jus Civ. Non enim fugitivus potest de fori incompetencia excipere *arg. L. 1. ibi adeat Judicem C. in quibus caus. colon. cens. dom. Lib. 11. Coler. de Proc. Execut. P. 2. c. 1. n. 82*

- 17 Nec interdicatur extraneo coram eodem comparere Judicisqve Jurisdictionem prorogare, licet ad illud jure cogi non possit *d. c. §. 7. & §. 8.* convenit Jus Civ. *L. 1. C. de Jurisdic. L. 18 ff. d. t. Obrecht. de*
- 18 *Jurisdic. L. 4. c. 10. & 12.* Peretz. *in C. de Jurisdic. n. 5.* Lite verò semel susceptâ & contestatâ forum illud amplius declinare non potest, sed de necessitate processum ibidem absolvere tenetur *Jur. Stat. d. §. 5.* correspondet Jus Civ. *d. L. 1. C. de Jdic. Vinm. de Jdic. cap. 11. n. 3.* Michael de Luna *de Rat. Imperii L. 2. c. 10. n. 28.* Obrecht. *d. L. 4. c. 11.* aded ut & Judici incumbat, si pars altera excipiat, litem in altero jam pendere judicio, partes eo remittere, ut lis in locò,
- 19 quò mota, decidatur *Stat. Rig. d. c. 3. §. 5.* Eâdem ratione & Civi Rigensi, si in extero loco quid commisit, permissum, illius loci Judici se submittere ejusqve Jurisdictionem prorogare, cui tamen, si aliqua in parte ibidem gravaretur, suppetias ferre Senatus promisit *d. c. 2. §. 9.* Civis tamen Civem coram extraneo Judice,
- 20 convenire in vel extra Regionem nostram sub pœna 10. thaler. prohibetur *d. c. §. 6.* A Jurisdictione Civitatis verò eximuntur, seu ibi domicilium habeant, seu contrahant, seu delinqvant, qui vi Reversalium Regiæ Instructionis & Resolutionis speciale forum agnoscunt
- 21 *d. c. 2. §. 1.* Concordat Jus Civ. exigens, ut citatus privilegiò munitus compareat & privilegium alleget *L. 2. ff. Si quis in jus vocat. L. 5. ff. de Jud. Brunneman. in Proc. Civ. c. 3. n. 12.* Quamquàm hoc privilegium eò non extendendum putemus, si scil. exempti hi ob rem aliquam, sub Civitatis Jurisdictione sitam, conveniantur, quia ejus in alleg. *§. 1.* nulla fit mentio; & *§. 5.* omnes, sive Ecclesiastici sive Seculares in hoc casu comparere tenentur. Non enim tam persona quàm res in judicium tali casu trahitur, uti jam supra notavimus.
- 22
- 24 Cum huc usqve perlustraverim, quænam causæ coram judicio Civitatis ventilari possint, jam quoqve videbimus, quænam personæ
- 25 in judicio causas prosequi possint. Omnibusqve Viris integræ fidei ac famæ illud licere tam ex Jure *Stat. L. 2. c. 6. §. 1.* quàm ex Jure *Civ. t. 1. ff. de Postulan.* patet, imo etiam infamiâ aliquâ laborantibus, si suam persequantur causam, *Jur. Stat. d. §. 1.* convenit Jus Civ. *in L. 1. §. 6. ff. de postul.* Bannò affectos verò ab agendo in judicio

cio Statuta plane repellunt *d. §. 1.* Nec gaudent beneficiò standi in judicio ob minorennitatem Curatelæ adhuc subjecti tam Jure Statut. *d. §. 1.* quàm Jur. Civ. *L. 2. §. 3. C. Qui legit. pers. stand. in jud. §. Item Invisi Inst. de Curat.* adeò, ut contra hos absqve Curatore nec sententia ferenda *L. acta 45. §. 1. ff. de Re Jud. & L. 54. ff. d. t.* Et quamvis LL. Civiles mulieribus in judicio alienò nomine comparere non concesserint *per L. Neg. fœmina 54. ff. de Procurat. L. fœminas ff. eod.* eas tamen repellere in totum noluere, sed interdum vel pro Parentibus liberisque *per L. 41. ff. d. t. L. alienam 18. C. eod. v. Damhoud Proc Civ. cap. 94. n. 7.* vel pro deserto captivoqve marito *L. 3. ff. de Liber. caus. Gail. L. 1. Obs. 133. n. 9.* aliisque in causis, eas admisere, v. Brunnem. *in Comment. ad d. L. 41.* add. Hahn. ad Wesenb. *de Procurat. n. 4.* multò magis tanquam Procuratrices in propria causa *per L. 4. C. d. t. Hahn. c. l. Jura Statut. Rigenf. quod* 27
attinet, ea sexus muliebris imbecillitatem exactius ponderantia, viam & facultatem in judicio comparendi mulieribus, cujuscunqve, sint dignitatis vel ætatis, sive actoris sive rei personam sustineant, simpliciter præcludunt & ipsis etiam invitis ex Judicis officio pro rei qualitate Curatorem eiven friegischen Vormund constituunt. *d. c. 6. §. 2.* 82

Parùm refert, an quis in propriâ personâ, an ob negotia vel aliam ob causam impeditus per Procuratores vel Advocatos in judicio compareat, Jur. Stat. *d. L. 2. c. 7. §. 1.* convenit Jus Civ. *t. t. de Procurat.* Modò causa talis sit, quæ Procuratorem admittat. Sic in criminali causa, si quis ob delictum perpetratum, quod pœnam corporis afflictivam meretur, conveniatur, in propria persona comparere & respondere tenetur, non verò per Procuratorem, Jur. Statut. Rig. *d. c. 6. §. 3.* Correspondet Jus Civil. *per L. penult. §. ad Crimen 1. ff. de publ. judic.* Et unanimi consensu interpretes hâc lege motos, in Criminalibus pro reo Procuratorem neutiqvam admittendum esse, statuere, asserit, eorumqve ingentem numerum, adducit Carpzov. *in Pr. Crim. P. 3. qv. 105. n. 25.* Ex parte actoris autem Procuratorem moribus admitti patet *ex Constit. Carol. art. 12. Rauchbar L. 1. qv. 7. n. 2. Fatin. in Prax. Crim. q. 12. n. 53. Gail. L. 1. de Pace publ. c. 10. n. 12.* Cum quibus convenire videntur Stat. Rig. quæ tantummodo de reo loqui colligere est ex alleg. *§. 6. ver-* 30
bis 31
32
33

bis ultimis, ubi dicitur: Sie müssen selbst erscheinen und können durch einen Procuratorem allethne sich nicht verantworten, quod reo, non autem auctori, competit.

- 34 Constituitur Procurator aut Advocatus vel apud acta in presentia partium oretenus à Domino Jur. Stat. d. c. 7. § 6. in f. arg. L. ult. C. de Pact. Convent. vel per Domini ad litigandum & mandandum habilis mandatum Vollmacht v. L. 43. §. 1. de Procurat. L. 8. L. 11. L. 23. C. eod v. Struv. in Syntagm. Jur. Civ. Exere. 7. sb. 27. concordant Stat. Rig d. c. 7. §. 1. Qvò mandatò
- 35 Procurator si destituatur, à Judicio repellitur, nec ad agendum admittitur arg. L. 24. C. d. t. etiamsi cautionem de rato offerat arg. L. 1. C. d. t. d. L. 24. add. Hillig. ad Donell. L. 18. cap. 12. Lit. D. Vasquius
- 36 Controv. L. 2. c. 16. n. 3. Convenit Jus. Stat. d. c. §. 6. quod nec absentis negotium sine mandato suscipientem admittit, sed eum in multam thaleri condemnat; Nisi vinculo sanguinis vel conjugii sese obstrictum docere possit cautionemq; de rato præstet L. 21. C. de Procurat. Dn. Brunnem. in Comm. ad d. L. Hahn. ad Wesenb. d. t. n. 4. L. 35. ff. d. t. imò etiam sine cautione de rato, si ea ab adversa
- 37 parte non petatur Mev. P. 5. Decis. 361. Concordant ferme Statut. Rig. d. §. 6. illud tamèn speciale insuper exigentia, ut non tantùm conjunctus talis de rato caveat, sed & se obstringat ad legitimum mandatum intra certum tempus producendum d. §. 6. Locus quoque & tunc est cautioni de rato, quando incertum ac dubium est
- 38 mandatum d. L. 1. C. d. t. L. 39. §. 1. ff. eod. Bachov. in Treutl. Vol. 1. disp. 9. sb. 7. lit. H. B. Brunnem. in Comment. ad d. L. 39. Convenit Jus Stat. & quoque hoc in casu legitimum mandatum intra certum
- 39 tempus, præter cautionem de rato, exigit d. §. 6. Non admittuntur autem in judicio omnes Procuratores, sed saltem ii, qui Jur. Civ. habentur idonei, nequaquam personæ infames ex sanctione Pontificum in Can. Infames 1. & seq. c. 1. quest. 7. & Can. ult. ubi
- 40 gloss. c. 5. quest. 3. Cui correspondet Jus Statut. d. c. §. 7. non obstante, quod Jure Civ. Procuratores infamiâ aliquâ laborantes per §. fin. Inst. de Except à quibusdam admittantur, quem §. tamen de infamia dubia non notoria intelligendum esse, monet Dn. Præf. in N. ad d. §. fin. talesque nec in superioribus judiciis admitti, testa-

tur Gail. *L. 1. Obs. 45. n. 8.* Et quamvis Jure Civ. omnes Procuratores esse possint, qui non speciali Lege prohibeantur, de quibus passim Dd. In eotamen recedit Jus Stat. Rig. *d. §. 7.* nullos alios admittens, quam, qui Senatui Rigensi juramentò sese obstrinxerunt, vel speciali permisso facultatem procurandi impetrarunt. Quod quantum commodum afferat, commendat Carpzov. *in Proc. Tit. 5, art. 1. n. 39.* Unde illa differentia fuit, quod cum Jur. Civ. nemo invitus Procurator dari, quia non munus publicum *L. Filiusfamilias §. 1. ff. de Procurat. L. 17. C. eod. & nemo invitus ad negotium suscipiendum cogi possit arg. L. 11. C. de Contrah. Emt.* Jure Stat. Rig. tamen quivis Procurator primo ejus patrocinium imploranti assistere tenetur *d. §. 7.* cum per Statuta illud negotium sit quasi publicum factum. Notanter diximus primo cuivis, hinc adversæ parti ejus consilium desideranti id indicare, nec causæ narrationem ab ea audire debet Stat. Rig. *d. c. §. 8.* convenit Jus Civ., quod transgressori poenam infamiae dictitat. *arg. L. 1. pr. & L. 4. ff. de pravaric. Freher. de Existimat. lib. 3. cap. 14.* Altera quoque ex eodem fonte oritur differentia, quod, cum Jure Civ. juramentum calumniæ tantæ sit necessitatis *per L. 2. §. 4. C. de Jurej. propt. calumn.* ut non tantum à partibus, sed, quò omnis malitia evitetur, etiam ab ipsis Advocatis & Procuratoribus juramentum hoc in singulis causis præstandum sit, *per d. L. 2. princ. & §. 4. d. t. & L. Rem non novam 14. §. 1. C. de Jud.* Jure Statut. Rig. tamen Procuratores vel Advocati, qui semel Procuratorium præstitère, ab hoc liberentur *d. §. 7.* Ne autem hæc ratione interdum ansa detur malitiæ, providè cautum *c. l. ut Judici liceat, si aliquam subesse fraudis suspicionem animadvertat, illud nihilominus deferre.*

Præcipiunt quoque Jura Statut. Rig. Procuratoribus vel Advocatis sub certa mulcta, ne de industria prorogent literam, nec eam cavillis reprobis in longum protrahant *d. c. §. 2. & §. 5.* quod & Jure Civ. constitutum *L. 9. §. 2. ff. de offic. Procons. Hillig. in Donell. L. 18. s. 3. Lit. Bbb. Berlich. P. 1. Concl. 19. n. 40.* In primis, ne injuriosis se invicem lacesant verbis *d. §. 2.* Convenit Jus Civ. ubi sub poena infamiae contumeliæ Advocatorum prohibita *L. 6. §. 1. C. de Postul. & hinc à Judice iis poenam extraordinariam dictari posse, asserit Carpz. P. 1. Consb. 1. Def. 19.* Cui correspondet Jus Statut. *d. c. §. 4.* quod

- quod pro rei qualitate tam Procuratori & Advocato Criminanti
 53 quàm & Recriminanti arbitrariam dicitur pœnam. Nec excusan-
 tur Procuratores, multò minùs à Principali pœnam erogatam re-
 petere possunt, licet jussu principalis injuriola scripto inserantur.
 54 verba, Stat. Rig. d. c. §. 4. Secus vero, si ipsimet Principales vel ore-
 tenus contumeliam effundant, & scripto à Procuratore confecto
 subscripto contumeliosi quid inserant, vel tale quid in scriptis, quæ
 ipsimet conscripsère, expriment, tunc illi ad pœnam exsolvendam
 obligantur, salvâ manente læso injuriarum actione Stat. Rig. d. c.
 55 §. 4. Qvò igitur eò faciliùs de criminantis constare possit persona,
 cautè disposuère Jura Statut., ut quilibet supplicationem vel scriptum
 56 producens eidem nomen suum subscribat d. cap. §. 3. Quemad-
 modum verò Procuratori vel Advocato incumbit litem susceptam
 absolvere, omnia dextrè ac fideliter agere, & si morbo impediatur,
 alium substituendò moram evitare Statut. Rig. d. c. §. 9. ita quoque
 Clientis officium est, finitò processu, constitutum ipsis in Jure Statut.
 57 Rig. d. c. §. 10. honorarium exsolvere, in quo à Jure Civ. differt,
 quò certum honorarium Advocatis statutum non deprehenditur.
 Lucrum tamen illicitis pactis captare illis tam Jur. Civ. per L. 5. &
 L. 6. §. 3. C. de Postul. quàm Jure Stat. d. §. 10. interdictum.
- 58 Hæc de Procuratoribus: De Judicis verò persona tam actor
 quàm Reus solliciti sint, necesse est; suspectum enim non tantum
 accusare, sed & plane repellere possunt tam de Jure Can. in cap. Su-
 spicionis X. de offic. & potest. Jud. deleg. cap. si quis contra 4. Cap. Li-
 cet 10. in f. X. de For. compet. quàm de Jure Civ. in L. Julianus ait 17.
 ff. de Judic. L. Si pariter 9. de Liber. caus. Nov. 69. cap. 2. §. 1. v. seve-
 59 rò Auth. consequenter C. de Sentent. & interlocut. omn. jud. Ex quo-
 bus causis autem Judices suspecti accusari possint tractat Marant.
 in Specul. P. 6. de Appellat. n. 27. & seqq. Lancellot. in Tr. de Offic.
 Prator in caus. civil. sub Tit. de Except. n. 10. & seq. Zanger. de Ex-
 60 cept. P. 2. c. 4. n. 18. Inter quas non minima est cognatio seu af-
 finitas alterius partis cap. accedens 4. ut Lit. non. contest L. un. vers.
 illo C. si quæcunque pradic. potest Rosbach. in Process. Jud. Tit. 4. n.
 61 59. Chil. König in Process. P. 1. c. 4. n. 31. & c. 43. n. 23. Concordant
 Jura Rig. L. 1. §. 3. ubi non tantum ad instantiam partis adversæ,
 sed

sed & propriò motu tam agnati quàm cognati usque ad tertium gradum lineæ æqualis inclusivè, imò & in primo genere affinitatis sub pœna arbitraria à votis abstinere coguntur Senatores. Quod & illi observare debent, qui vel patrociniò uni parti adstitère, vel Judices in eadem causa olim fuère Stat. Rig. d. §. 3. Cum præsumtio sit, eos jam causæ unius partis favere; Judicis verò congruat officio utriusq; partis sermonem & responsa audire nec ullum opitulari, quò ita justitia cuique tam diviti quàm pauperi æqualiter administrari possit Stat. Rig. L. 2. c. 1. §. 5.

Lite dictâ ratione coram Judice haud suspecto motâ vel ab actore principali vel ejus Procuratore, obligatur idem ad cautionem pro rei qvalitate præstandam, si Reus eam exigat Stat. Rig. L. 2. c. 8. §. 1. correspondet Jus Civ. per Nov. 69. cap. 1. Zanger. Part. 2. cap. 12. n. 4. Imò & ipse Reus; se scil. in judicio usque ad finem permanfurum & sententiæ ferendæ adesse velle §. 2. Inst. de Satisfat. B. Brunnem. in Proc. Civ. cap. 8. n. 6. conyenit Jus Statut. d. c. §. 2. Et quamvis cautionem de judicatò solvendo ab usu recessisse testetur d. §. 2. Inst. de Satisfat. Hering. de Fidejuss. c. 1. n. 108. Umm. Disp. 9. n. 14. Illam tamen Jure Stat. Rig. adhuc requiri patet ex verbis fin. alleg §. 2. A qua cautione præstanda Jure Civ. per L. Scindum 15. ff. Qui satisf. cog. & Jure Stat. Rig. per d. c. §. 3. liberantur rerum immobilium possessores, de qua jam supra quædam adduximus. Requiritur verò, ut ante Litem contestatam Cautio hæc exigatur per Stat. Rig. d. c. §. 1. Lite enim contestatâ, hæc tanquam Exceptio dilatoria amplius opponi nequit L. Exceptionem 19. C. de Probat. Zang. P. 2. c. 22. n. 2.

Quò autem Lis legitimè mota dici possit, basis totius judicii Citatio scil. L. de unoquoq; 47. ff. de Re Jud. præcedere debet, quæ aded necessaria, ut omnis actus judiciarius contra non citatum, celebratus sit nullus Gail. Lib. 1. Obs. 48. n. 1. Fit autem Citatio, vel publicâ affixione, si scil. citandus sit vagabundus, ita ut commodis mediis in judicium trahi non possit Stat. Rig. d. L. 2. c. 9. §. 8. vel insinuatione in faciem ipsi citato, justò tempore L. 13. §. 1. ff. de Excusat. Tur. Stat. Rig. d. L. 2. c. 9. §. 1. vel si ipsius copia haberi non possit per L. 1. §. 1. de agnos. & alen. lib. Mev. P. 3. Decis. 81. affixâ

- citatione ad domum Scacc. *Lib. 1. de Judic. c. 45. n. 2.* imò sufficere tali casu, si in domicilio fiat per Scripturam experientia testatur, teste
- 70 Carpzov. *in Proc. Jur. Sax. Tit. 7. art. 1. n. 61.* Cui correspondet Jus Stat. *d. §. 1.* illud insuper exigens, ut simul famulatio, Dominum
- 71 citatum esse, indicetur *d. §. 1.* Qvò autem de modo insinuatæ citationis constet, in quovis judicii die nuncius, quâ ratione citatio insinuata, in præsentia partium referre debet Statut. Rig.
- 72 *d. §. 1.* Quomodo moribus de insinuatione relationem nuncius præstet vid. in B. Brunnemann. *Proc. Civ. c. 3. num. 37.* Cujus relationem fidem facere & vim habere ex consuetudine testatur Mev,
- 73 *Part. 4. D. 328. n. 8.* Et licet tanta diebus festis præcipuè verò diei Dominicæ per LL. Justinianeas stabilita veneratio, ut penitus silere debeat horrida vox præconis per *L. ult. C. de Fer.* Attamen in Stat.
- 74 Rig. *d. c. 9. §. 3.* dispositum videmus, ut non tantum eòdem die scilicet ante horam 12., citationes insinuari, imò si res moram non patiantur, eòdem & aliis diebus festis arresta imponi, appellationes interponi & hospitem iter facientium querelæ audiri & decidi possint *d. L. c. 10. §. 2.* In quo Juri Civ. correspondet Jus Stat., ubi & dictis
- 75 casibus actus in diebus feriatis expeditus sustinetur *L. 1. C. de Fer. B. Brunnem. in Repet. Parat. ad Wes. Tit. de Fer. quæst. 6.* Quænam feriæ singulares Magistratui Rig. competant, videri possunt *d. c. 10. §. 2.*
- 76 Citationem legitimè factâ Jur. Civ., scilicet si Reus tribus citatus sit vicibus, per intervallum 10. dierum *L. ad peremptorium 68. §. seq. ff. de Jud.* vel unâ citatione peremptoriâ, quæ tempus tribus istis Citationibus destinatum continet *L. Nonnunquam 72. ff. de Judic. & L. Consentaneum 8. C. quomodo & quando Judex;* eademq; insinuatâ; si reus non compareat, contra eum tanquam contumacem procedi potest *L. Contumaciam 53. §. 1. ff. de Re Jud.* modò de certitudine insinuationis constet Mev. *Part. 3. Decis. 222. & Decis. 266.* Qvòd
- 78 Jus Statut. Rig. attinet, distingvendum: an Civis ad instantiam Civis; an alius seu peregrinus seu in Civium numerum nondum receptus ad instantiam Civis & vice versâ citetur: Priori casu Civis ter citandus *d. c. §. 4.* posteriori casu, seu Civis seu exterus sit, ad primam citationem comparere tenetur *d. c. §. 5. & 6.* in quo à
- 79 Jure Civ. recedit. Si autem priori casu Civis ter citatus haud compareat,
- 80

pareat, usque ad legitima impedimenta bis auf die Ehehafften in-
 contumaciam condemnatur, & ipsi terminus peremptorius de novo
 præfigitur. Quodsi & ad quartam citationem non compareat, neque 81
 contumaciam purget, concessere Jur. Stat. Judici facultatem, factâ
 prius ab Actore summarîâ petitionis deductione, & Nuncii, de in-
 sinuata citatione, relatione, sententiam ferendi & contumacis bona
 exequendi. Imò ob contumaciam judicio quoque pignus quoddam 82
 reservandi. Quò processu durante, omnes Citationes peremptoriæ
 sint necesse est *d. c. §. 4.* Eòdem ferè modò in posteriori casu, si 83
 citatus ad primam citationem non compareat, procedendum vid.
 Statuta *d. §. 5. & 6.* Cum verò hi modò allegati *§. 4. 5. 6.* quoad 84
 contumaciam Rei tam à Jure Civ., ex quo regulariter contumax in causa
 principali ob solam contumaciam ad rei amissionem & juris priva-
 tionem non condemnatur Brunn. *in Proc. Civ. d. cap. n. 20.* quàm à
 Jure Can, recedant, illudque nimis prolixum foret hîc deducere, nos
 remittimus ad B. Brunn. *Proc. Civ. cap. 4. §. 8 seqq.* Convenire verò vi- 85
 dentur Statuta hac in parte cum Jur. Sax. v. Carpz. *in Proc. Tit 8. art.*
2. n. 3. Quod contumaciam actoris attinet, illa quamvis rarior, non 86
 tamen immunis est, & nec hoc in casu Jura Stat. sequuntur disposi-
 tionem Juris Civ. Jure Civ. enim, si actor non compareat, reus 87
 ab instantia absolvitur *L. properandum 13. §. 2. C. de Jud.* actorq; ad
 expensas reo restituendas condemnatur *d. L. 13. §. 2. Zanger. Part.*
2. cap. 9. n. 2. & seq. & si audire rursus petat, cautionem præstare de-
 bet, se in termino fideliter compariturum *cap. 1. X. de Dolo contum.*
 Quod si autem actor in primo termino compareat, libellum exhibeat 88
 & in alio termino rursus emanet, reus litem negativè contestari &
 probatione legitimè facta, in causa obtinere potest, actorique tunc
 perpetuum imponitur silentium, vid. Brunnem. *d. c. §. 3. & 4.* Carpz.
Tit. 12. art. 1. tot. Jur. Stat. Rig. si in primo termino se non sistat, XV. 89
 marcas, si nec in secundo, XX. marcas una cum restitutione expensa-
 rum actor solvit, si nec in tertio, in eandem pœnam & contumaci-
 am condemnatur, & ante ex solutam pœnam & allegata impedi-
 menta non auditur Stat. Rig. *d. c. §. 7.* contumaci quippe, non nisi purga-
 tâ morâ, audientia danda Francisc. Marc. *Decis. Tom. 1. quest. 15*
n. 3. & 1. Si nec in quarto termino compareat, omnis ipsi dene- 90
 gatur

- 91 gatur audientia *d. c. §. 7.* Cumque Jure Civ. inter coërcitionem contumaciæ & captura personarum referatur *arg. L. 8. quomodo C. & quando Judex*, illa & Jure Stat. Rigenfi obtinet, non tamen indistinctè, sed ut contumaces, pro qualitate tamen rei & personæ, & famulietiam non citati in judicium trahi possint *d. c. §. 9.* Contumaciæ verò pœnam, sive actor sit sive Reus, non incurrit, si absens in alia Regione versetur, quò casu pro distantia loci terminus citationis extendendus *vid. Stat. Rig. d. c. §. 10. Brunnem. in Proc. c. 3. n. 28. seqq.* Sic in Stat. Rig. c. l. tres, quatuor, sex Septimanarum vel etiam
- 93 sex mensium spatium conceditur. Neque tenetur ad pœnam citatus, si in termino præfinito ob diem festum, ei non liceat comparere, citatio tamen facta nihilominus subsistit, sequentique die comparendi necessitatem imponit, Stat. Rig. *d. c. §. 11.* Semper enim subintelligitur Clausula illa adjecta: Si dies illa non fuerit juridica, compareas sequenti *Gail. L. 2. Obs. 53. n. 2.*
- 94 Actore & Reò in judicio comparente, Judicum prima cura erit, ut litem per transactionem sopire studeant *cap. 1. X. de mut. petit. cap. ult. X. de Transact. cap. querelam 15. X. de Simon. Wefenb. P. 1. Consil. 21. n. 1. Recess. Noviss. § zweytenz sol der Richter/ Quod*
- 95 idem Jus Stat. nostrum *d. L. 2. cap. 3. §. 3.* Judicibus injungit, in causis scil. Civilibus, quæ famam non lædunt. Illaque, quæ hâc ratione per transactionem sive judicialiter sive extrajudicialiter componuntur, pro sopitis & irrevocabilibus habentur tam Jure Stat. Rig. *L. 3. c. 5. §. 2.* quàm Jur. Civ. *L. sub prætextu 19. C. de Transact.* adeò, ut Jura Stat. c. l. contra transactionem de novo aliquid molientem judiciali pœnæ subjiendum esse velint. Tentatâ hac ratione amicabili compositione, si eam partes acceptare nolint, causa ordinario Processui committenda: Quo in casu cautelam Reis commendant nonnulli, ut scil. protestentur, quod in ordinario processu ipsis nocere non debeat, si quid intuitu amicabilis compositionis de Jure suo remiserint, vel coram Judice, litem per transactionem sopire volente, confessi fuerint *vid. Dn. Præf. in Processu priv. propositio cap. 2. §. 17.* Jure Stat. Rig. hâc cautelâ non indigent Rei, cum ipsò jure tuti *per d. c. §. 4.*
- 97 Ne autem amicabili compositione sublatâ, causâq; ad ordinarium proces-

processum delatâ, justam litigandi causam foventes ex defectu sum-
 tuum interdum jus suum persequi impediuntur, & ita pauperes in-
 defensi relinquuntur, Judex sumtus litis ex fisco subministrare, &
 Advocatis pauperum causam illam demandare tenetur vid. Hart.
 Pistor. *Part. 1. quest. 19. n. 6. Coler. de Process. Execut. Part. 2. c. 2. n.*
129, Carpz. in Proc. Tit. 24. art. 1. n. 86. & seqq. Quæ beneficia 98
 tamen pauperib⁹ non concedenda, antequam fidem fecerint de pau-
 pertate, & Juramentum paupertatis vulgò den Armen-Eyd præ-
 stiterint *cap. Statutum §. insuper X. de Rescript. in 610. Carpz. Tit. 12.*
art. 5. n. 52. & seqq. Jure Stat. Rig. quamvis non exprimitur, ut ju- 99
 ramentum paupertatis præstetur, requiritur tamen, ut beneficium
 hoc implorantes in ea sint conditione, ut, si quæ in processum im-
 penderent, ea de victu sibi detraherent: Qvò casu obligantur Se-
 cretarii, Cancellistæ, Procuratores & Nuncii ipsis gratiò inservi-
 re *d. L. 2. cap. 11. §. 1.* Qui tamen, si in processu obtineant, ipsisq; 100
 aliquid adjudicetur, ex eo juxta Judicis moderationem iis satisfacere
 tenentur *d. c. §. 2.*

PROCESSUM ipsum quod attinet, est ille vel ordinarius, in 101
 quo omnia plenè & solenniter ventilantur; Vel summarius, in quo
 de simplici & plano proceditur, de utroq; vid. prolixè Carpz *in Proc.*
Tit. 1. art. 1. Et licet generaliter omnis causa præsumatur ordinaria, 102
 plenamq; requirat cognitionem, Mar. Giurb. *Decis. 49. n. 3.* Dantur
 tamen casus, in quib⁹ summarius obtinet processus, quos longò ordi-
 ne recenset Zang *de Except. Part. 1. cap. 1. n. 60. Carpz. Tit. 1. art. 1. n. 48.*
& seqq. Inter eos referuntur Instrumenta garentigionata, paratam 103
 executionem habentia & liqvida, Joh. Baptist. Asin. *in Pr. Judic. Civ.*
§. 3. c. 31. n. 12. & 14. Marant. in Speculo Part. 4. Distinct. 9. n. 175.
 Matth. de Afflictis *Decis. 346. n. 7.* Convenit Jus Stat. Rig. *d. L. 2.* 104
c. 12. §. 3. ubi debita intra promissum tempus non exsoluta liberè
 standene Schulden instrumentaq; liqvida summariò processu intra
 14. dies expedienda; Et hospitibus quoq; ob jus hospitii, in quantum
 res patitur, hòc processu succurrendum. Gaudet præterea bene- 105
 ficiò summarii processus novi operis nunciatio, de qua in *Tit. ff.*
& C. de Op. nov. nuntiat. concordant Stat. Rig. *L. 3. c. 15. in f.* quæ ce-
 leri

- 106 Ieri negotio eam expediri volunt. In ipsa denunciatione verò Jus Civ. & Stat. differunt: Jure Civ. enim fit denunciatio vel per nunciationem verbalem L. 5. §. 10 ff. de Novi oper. nunciat. vel per Præto-
torem L. 16. d. t. vel per Lapilli jactum seu quamvis ligni partem.
d. L. B. Brunnem. ad Wesenb. in Paratit. d. Tit. quæst. 7. Jure Stat.
- 107 Rig. autem per solum Præto-rem, dum ædificanti ob commodum
Civitatis cessare jubetur, donec à Dominis Camerariis res decisa
- 108 d. c. 15. Si tamen, non attentâ denunciatione, novum opus con-
tinuet, non tantum ad illud destruendum, sed & in certam mul-
ctam condemnatur d. c. 15. Jur. Civ. tantummodo ad destruend-
um suis sumptibus obligatur L. 20. princ. d. t. Summariò Processu
- 109 quoque expediendæ causæ Mercatorum Bart. in L. Fidejussor §. qua-
dam ff. Mandat. Marant. d. Distinct. 9. n. 48. Causæ miserabilium
personarum, Viduarum & pupillorum, In genere res, quæ moram
non patiuntur Johan. Baptist in Pr. Jud. Civ. c. 31. n. 19. Marant.
d. Distinct. Convenit Jus Statut. c. 12, §. 4. Et cum in tali pro-
cessu tantum ea observanda, quæ de Jure Gentium ad subsistentiam
requiruntur, Zanger. de Except. Part. 2. cap. 2. fere tot. Min-
dan. de Proc. Cam. Imper. L. 2. cap. 47. & seq. Carpz. Tit. 1. art. 1. n.
30. & seq. omniaque celeriter peragenda Stat. Rig. d. c. §. 4. Actor
cautus sit, ut querelam breviter proponat, & probationem vel In-
strumenta in promptu habeat, Stat. Rig. d. c. §. 1. Reus verò litem
vel affirmativè vel negativè contestetur, exceptiones & probatio-
nes proferat, ac in causa concludat d. c. §. 2. Quibus omnibus &
Advocati in tali casu litigantium personam sustinentes instructi
omni prolixitate abstinere debent; Ad quam impediendam Ju-
dex ex officio obligatur, quò in prima, secunda, vel ad summum
in tertia Sessione concludi sententiaque ferri possit Stat. Rig. d. c.
§. 5. in quibus omnibus, cum Jur. Civ. correspondeat Jus Stat., nos
hîc non detinebimus.
- 110
- 111
- 112
- 113 E contrario in ordinario processu causæ plenò processu ven-
tilantur Umm. Disp. 1. de Process. Judic. tb. 2. n. 7. ita ut Jure Civ. ad
- 114 quadruplicam usque liceat procedere §. 2. Inst. de Replie. Jure Sta-
tut. Rig. si ordinariò processu & quidem in scriptis causa ventilan-
da, rei qualitate exigente, querela breviter proponenda, nec ultra
dupli-

duplicam procedendum; Illudque insuper observandum, ne scri-
 pti contenta unum, vel si res ardua, ad summum duo folia excedant
d. L. 2. 13. §. 1. Et cum tam partium litigantium, quam Reip. in- 115
 terfit, processum abbreviari litemque subito finiri per *L. 2. C. de Re
 Jud. L. 10. C. de Transact.* Carpzov. *Tit. 1. art. 6. n. 11.* providè dis-
 posuere Jura Statut, ne partes in ultimo demum scripto probatio-
 nes & documenta sua, multominus nova quædam proferant sub
 pœna, quod Judex in conceptione sententiæ ea adducta attendere
 non teneatur *d. cap. §. 2.* Quamvis verò Jure Civ. si una pars in 116
 causa concludat, & altera prætendat, sibi alleganda quædam su-
 peresse, ipsi mensis spatium assignetur, post illum mensem alius in-
 dulgeatur, deinde tertius, & si in isto non concludat, causa pro
 conclusa habeatur *Nov. 115. c. 2. Donell. L. 24. c. 6. Ummius Disp.
 19. n. 8* Quod hodie non observari, & Judicem partibus auditis 117
 concludere posse, tradit Brunnem. in *Proc. cap. 16. n. 4.* Jure Stat.
 Rig. tamen, si pars appellans Libellum justificationis offerat, & Re- 118
 tus vel appellatus in scriptis respondere nolit, sed in causa conclu-
 dat, appellanti causam suam in scriptis ulterius deducendi facul-
 tas denegatur *d. c. §. 2.* Quod si autem quis eò, quod in causa 119
 non procedat, processum protrahere velit, Jus Stat. Rig. constituit,
 ut, si in termino peremptorio non continuat, in contumaciam ad
 multam & alteri parti in sumtus retardati processus condemnetur;
 Et si in secundo termino legale impedimentum non proferat, pœ-
 nam Judici & sumtus parti in continenti præstet, nec prius audia-
 tur, & ad proximum respondere sub pœna præclusi ipsi injungatur.
 Quò terminò si contumaciam non purget, parti alteri licitum est, 120
 in causa concludere, eamque Judex pro conclusa habere & sen-
 tentiam ferre debet *d. c. §. 3.* Jur. Civ. lite contestatâ emanentē, 121
 actore, si de causa liquere Judici possit, itidem sententia ferri po-
 test, vel pro reo vel contra reum, actore tamen semper in expen-
 sas condemnatò *L. properandum 13. §. 1. ibique Ddr. C. de Judic:
 L. & post edictum 73. ff. eod. Zanger. Part. 2. c. 9. n. 6. Brunnem. c.
 5. n. 5. Carpzov. Tit. 8. art. 1. n. 65.*

Cum verò non rarò contingat, ut pars advesa quidem com- 122
 pareat, sed contra actorem RECONVENTIONEM instituat, paucis
 de ea

- de ea agemus. Quoad hanc Jure Stat. Rig. duplex diversitas notabilis à Jure Comm. existit: Licet enim Jur. Civ. diversæ quoque causæ in judicio Conventionis & Reconventionis agitari queant *L. Praeses*
- 124 *1. §. ult. de var. & extr. cogn.* Jure Statut. nostrò tamen Reconventio restricta tantummodo ad easdem vel connexas causas *Lib. 2. cap. 14. §. 1.* diversæ verò causæ, quæ ex se invicem non oriuntur, nec dependent, distinctè coram unoquoque ordinario Judice agitandæ *d. cap.*
- 125 *§. 2.* Præterea & hæc quoque in Reconventionem subest differentia, quod Jure Communi ambo judicia Conventionis & Reconventionis pari passu agitentur ac determinantur *cap. Ex literis 1. in f. X. de mut. petit. Schultz. Observat. 30. n. 1. Giesebertus de Reconventionem*
- 126 *c. 4. n. 3.* Jure Stat. nostrò verò non admittitur Reconventio, nisi post finitam conventionem, sicuti id verba *d. c. 14. §. 1. ex sey Denn*
- 127 *juvor von ihme mit Recht entschieden* indignant. Convenit tamen Jus Sax. v. Carpz. *Tit. 6. art. 7. n. 28. & seqq. Coler. Part. 1. Decif. 10.*
- 128 Quod si autem institutâ conventionem ex actionis natura & qualitate quædam proferantur, quæ alterius partis famam quodammodo lædunt, ipsi haud permittitur Reconventionem quoad illatas injurias instituere, nisi conventionem, ex qua injuriæ ortæ, finitâ, Stat. Rig. *d. c. 14. §. 3.*
- 129 Ordinem Statutorum nostrorum observaturi, jam ad processum
- 130 ARESTI Germ. *Kummer-Klag* nos conferimus. Impetrari aresta possunt non solum in diebus juridicis sed etiam feriatis, & non tantummodo de die sed etiam de nocte Petr. Peck. *de Jur. Sift. cap. 10.*
- 131 *n. 2.* concordant Stat. Rig. *L. 2. c. 1. §. 2.* Omnes enim actus, in quibus periculum in mora, diebus feriatis expediri posse, patet *ex cap. Significaverunt 21. §. verum pars altera X. de jud. vid. plur. Carpz. Tit. 21. art. 3. n. 11. & seqq. & illa, quæ superius jam adduximus.*
- 132 Quod competentiam fori attinet quamvis Mev. *P. 1. Dec. 238. & 239. n. 6 & P. 3. Decif. 56. n. 12.* Arestum facere forum asserat; distinguit tamen Carpz. *d. art. n. 45.* an bona mobilia, an immobilia arestanda:
- 133 illo casu, arestum impetrari debet in loco domicilii debitoris, sive ibi sint, Sive alibi reperiantur, quamvis & extra locum domicilii
- 134 ea, ubi reperiuntur, arestari posse asserat *n. 50.* Hoc casu arestum præcisè eo in loco, in quo sita bona immobilia, petendum Berlich,
- 135 *Part. 1. Conclus. 14. Carpzov. c. 1. n. 55.* Jure Statnt. nostrò generaliter dispo-

disponitur, arrestum decerni non posse, nisi Creditor probaverit, arrestum vel jurisdictioni Civitatis subiectum, vel vi contractus aut alio modo eidem se adstrinxisse *d. L. cap. 15. §. 1. & 6.* Justificat quippe arrestum locus contractus *Mev. P. 7. Dec. 329.* Circa petitionem & admissionem tamen Judex cautè observare tenetur, ne arrestum decernat, priusquam Creditor ad hoc remedium confugiens creditum suum probaverit, & liquidum reddiderit *Mev. P. 3. Dec. 135. n. 5. & P. 8. D. 183. n. 4.* Non enim arrestum impetrari potest propter debitum illiquidum & incertum *Berlich. P. 1. Conclus. 74. n. 83. Coler. P. 3. c. 1. n. 32.* convenit Jus, Stat. *cap. 15. §. 1.* Non tamen exacta requiritur probatio, sed sufficit crediti fidem facere, vel per instrumenta vel per productionem testium, qui contractui aut numerationi interfuerunt *Gail. L. 2. Observ. 44 n. 8. Scacc. de Judic. lib. 1. c. 38. n. 27.* aut per aliam qualemcunque demonstrationem *Berlich. P. 1. Concl. 107. Carpzov. Tit. 21. art. 1. n. 30.* Concordat Jus Statut. Rig., cujus expressa verba sunt: *eklicher massen begläubiget/ Imò, si in mora periculum, & Creditor probationem tam citò offerre non posset, præstitâ sufficienti cautione arrestum nihilominus decernere Judex valeret Stat. Rig. d. c. §. 1.* Præterea & illud quoque in decernendo arresto Judicem attendere oportet, ut prius certior reddatur, debitorem ære alienò obrutum amplius solvendo non esse, quò non probatò ab arrestante, arrestum neutiqvam impetrari nec à Judice decerni potest *Köppen Decis. 89. n. 16. & seq. Berlich. Part. 1. Concl. 47. n. 48. & 108. Gail. L. 2. Observ. 44. n. 5. & seq. Carpz. d. art. n. 42. & seq.* Nam non nisi in subsidium, ubi juris copia ordinariâ viâ facilè capi nequit, locum habet *Mev. P. 3. Dec. 315. n. 5.* Correspondent Jura Statut. *d. §. 1.* maximè prohibentia, ne cujusqvam bona vel pecunia arrestò graventur, si sub Civitatis Jurisdictione bona mobilia & hereditaria possideat, nisi Creditor actionem realem seu jus in re in bonis illis sibi competere, & bona immobilia ære alienò gravata docere possit. *d. c. §. 8.* Requisitis hisce legitimè probatis, & à Judice arrestò decretò, illud hospiti, penes quem bona arrestata reperiuntur, oblatâ schedulâ arrestatoriâ, sub pœna solvendi totius debiti vel arbitrariâ in casum restitutionis priori Domino, intimandum *Stat. Rig. d. c. §. 2. & 10.*

- 147 vid. *Mev. P. 6. Dec. 99. & P. 9. Dec. 177.* Qui si fidejussionem offerat, bonaque ejus sufficiant, tollitur arrestum Stat. Rig. *d. §. 2. Mev. P. 1. Decif. 148. P. 3. Dec. 76. & Part. 2. Dec. 299.*; secus, perdurat, & arrestans cum arrestato coram Judice comparere ibique causæ
- 146 decisionem expectare tenetur Stat. Rig. *d. §. 2.* Coram judice autem Arrestans intra octo dierum spatium se sistere, processum arresti exhibitione documentorum aliarumque probationum prosequi,
- 147 partem adversam citare, & licet nec arrestatus, nec ille, penes quem bona arrestata sunt, in judicio compareant, nihilominus intra præfixum terminum. octiduum scil. arrestum confirmare debet
- 148 *d. c. §. 3. & 4.* In qua prosecutione terminus arresti à momento, in
- 149 quo impetratum, in momentum computandus Stat. Rig. *d. §. 3.* In quo recedunt à Jur. Sax., secundum quod arrestum jam impetratum de una quaterdena in aliam bis renovandum Rauchbar. *Part.*
- 150 *1. quest. 3. n. 1. Coler. P. 1. cap. 2. n. 185. & 188.* Nec currit illa renovatio hodie amplius à momento in momentum, sed totus dies
- 151 14. renovationi destinatus Carpz. *Tit. 21. art. 4. n. 20.* Intra quod tempus, si arresti prosecutio non fiat, arrestum expirat *Mev. P. 5. Dec. 286.* non enim sufficit imponi, sed oportet etiam arrestantem,
- 152 illud prosequi *Mev. d. P. 5. Dec. 112. n. 7.* Quod si autem Jure Stat. arrestatus non in Civitate sed in vicina vel alia Regione subsistat, arrestans in continenti per scriptam citationem, trium quaterdenarum spatium continentem, cum citare, intra quod tempus, si ve compareat si ve non, probatâ Citationis insinuatione, absque
- 153 omni mōra prosequi debet: Si autem extra regionem arrestatus versetur, dimidii anni spatium conceditur. Cui tamen si citatio insinuata non fuerit, tollitur arrestum ipsò jure, & petentibus partibus impensæ restituuntur, *d. c. §. 4.* Absque citationis enim insinuatione contra citatum procedi non posse, jam supra notavimus.
- 154 Inter præfinitum spatium verò permittitur cuiusvis arrestatū absentem ve ejus bona defendere, incontinenti judicem adire, & quæ ad relaxandū arrestū faciunt, allegare Jus Stat. *d. c. §. 5.* In quo correspondet Juri Ci. v quod itidem unicuique absentem defendendi facultatem concedit §. 5. *Inst. de Satisfat.* cum publicè eos defendi inter-
- 156 sit L. 33 ff. *de Procurat.* Si autem Debitori nimium obærato, præfenti

senti tamen, arrestum insinuetur, ipseque fugâ sibi consulat, denuo citandus, ejusque bona in commodum Creditorum ad sex menses custodienda desuperque inventarium judicialiter conficiendum ac Curatores dandi sunt, qui, ne quid alienetur, observent Jur. Statut. Rig. d. c. § 9. Intra quem terminum si non revertatur, Creditoribus conceditur facultas ex iis bonis judicialiter sibi satisfaciendi d. §. 9. Aliud tamen obtinet, si arrestatus interim fatô fungatur, tunc enim alienatio bonorum in alios sex menses differenda. Intra quos Creditores credita non repetentes postea excluduntur, bonaque arrestata vigilantibus addicuntur d. c. §. 9. Arrestanti tamen interim neququam licet bona arrestata propriâ autoritate occupare sub pœna arbitraria & restituendorum ablatorum in loco, è quo sublata Stat. Rig. d. c. §. 10. In quo differt à Jure Civ., ubi Creditor rem propriâ autoritate occupans non tantum ad restitutionem tenetur, sed & insuper totô debitô privatur per *L. Extat. 13. ff. quod metus caus. L. Si quis in tantum 7, C. unde vi add. B. Brunnum. in Comment. ad d. LL.*

Processu legitime inchoatô actioneque institutâ, Reo incumbit Exceptiones peremptorias vel dilatorias, si quas habet, proponere, quibus si destituatur, litem vel affirmativè vel negativè contestari Stat. Rig. d. L. 2. cap. 16. §. 1. Brunn. in Proc. Civ. cap. 14. n. 8. Post litem contestatam verò, si reus vel actor secedat, haud constitutô Procuratore, Jura Statut: contra eum tanquam mere contumacem sententiâ & executione procedendum esse volunt d. c. §. 2. Et quamvis Jure Civ. Exceptiones peremptoriæ, lite demum contestatâ, opponantur, imò usq; ad Conclusionem in causa Cujac. L. 18. Obs. 34. Coler. in cap. cum venerabilis 6. X. de Except. n. 63. Vultej. lib. 2. Jurispr. Rom. cap. 30. n. 61. Gail. L. 1. Obs. 24. num. 13. Schultz. Observat. 7. n. 6. & seq. Jure nostrô Stat. Rigenfi tamen secus observatur; ubi antelitem contestatam eæ opponendæ d. cap. 16. §. 1. Hac verò sub conditione, ut, si ad rem pertinentes probatioque faciles, Judex eas audiat reumque ab instantia absolvat; Si autem probatio tractum temporis requirat, judex Reo Litis contestationem injungat, reservatis eidem Exceptionibus, in quantum valere possunt d. cap. 17. §. 1. & 2. In quo ultimo convenire videntur

dentur Statuta 'cum Jur. Civ., vi cujus Exceptiones peremptoriæ quidem ante Litem contestatam opponi possunt, sed probatio eandem in tempus post litem contestatam differtur, L. 8. & 9. C. de Except. Mynsing. Cent. 1. Obs. 24. Wurmser. L. 1. Obs. Tit. 18. Obs. 5. n. 1. Hillig. in Donell. lib. 22, c. 8. lit. H. Zanger. de Except. P. 3, cap. 26. n. 26. seq.

- 167 Accidit non rarò, ut lite susceptâ, quò probationis difficultas evitetur litisque finis eò citiùs obtineatur, pars parti juramentum deferat; imò & actor Reo Carpzov. T. 11. n. 85. Stat. Rig. d. L. 2. cap. 18.
- 168 §. 1. Ne autem is, cui juramentum delatum, existimet, se præcise, nisi causâ cadere velit, obstrictum esse ad illud præstandum, concessere ipsi Jura medium, quo declinare juramenti præstationem possit, retorquendo scil. actum jurandi in deferentem, eiqve juramentum delatum referendo L. *jusjurandum* 34. §. 7. de *Jurejur.* L. 38. d. 1. Faber. in *Cod.* L. 4. Tit. 1. Def. 9. & insuper juramentum calumniæ exigendo d. L. 34. §. 4. & L. 9. C. de *Reb. Cred.* Qvi eò casu duplex juramentum & calumniæ & decisorium præstare tenetur Zobel. *Part. 1. Different.* 24. n. 2. Carpz. P. 2. *Const.* 14. Def. 5. Schneidewin. *ad §. item si quis postulante* 11. n. 44. *Inst. de action* concordat Jus, Stat. d. L. 2.
- 169 cap. 18. §. 1. Reo autem, cui ab actore delatum juramentum, de fide actoris & de referendo dubitanti liberum est ab actore juramentum calumniæ exigere, eòq; præstitò, conscientiam suam testibus vel documentis purgare. Non enim videtur turpiter facere, qvi religione magis quàm conscientiâ motus tam facile jurare recusat L. *Qua sub conditione* 8. ff. de *condit. Instic.* Carpz. P. 2. *Const.* 14. Def. 14. & lib. 3.
- 170 Resp. 50. n. 4. Rauchbar. *Part. 2. quest.* 3. n. 19. Concordant Stat. nostra d. cap. 9. 2. Sed acriter inter Ddr. controvertitur, an tali casu, actor ad reprobationem admitrendus? Negat Frantzk. *ad ff. d. 1*
- 171 n. 121. Carpzov. *Tit. 11. art.* 1. n. 26. Affirmat B. Brunem in *Proc. Civ.*
- 172 cap. 23. n. 14. & seqq. Jure Stat. Rig. pro negativa expressè deciditur, & actor ad reprobandum non admittitur d. §. 2. Ad juramentum delatum præstandum tamen reus admittitur, si in probatione deficiat Stat. Rig. d. c. §. 3. Brunnem. *alleg. cap.* n. 14. Rauchb.
- 173 P. 2. q. 3. n. 29. Coler. *Part. 1. Decis.* 123. n. 122. Aliud verò obtinet, si reus actori juramentum delatum referat, qvi nec tunc admittitur,

ad probandam intentionem suam, cum præcisè jurare obligetur *L. pen. §. 1. C. de R. C. Carpov. d. P. Const. 38. Def. 4. Berlich. Part. 1. Conclus. 33. n. 11.* Concordant Stat. Rig. *d. c. §. 4.* Præstat autem quis 177
 juramentum, prout delatum vel relatum, Stat. Rig. *d. c. §. 5.* Jura- 178
 mentum enim ex forma delationis formam suam recipit, ut hinc
 aliter præstari non possit, quàm quomodo delatum *arg. L. 5. §. ult. de*
Jurej. Wesenb. P. 3. Conf. 3. n. 50. Et insuper idem de termino sollici- 179
 tus esse debet, ne, præterlapsò eò, jusjurandum pro deserto habeatur
 ac declaretur, *Carpov. d. Tit. art. 3. §. 1.* Concordant Stat. Rig. *d.* 180
cap. §. 8. in genere disponentia, ut, quoties ab actore juramentum
 delatum vel à reo relatum, illudque justò tempore h. e. sequenti
 die judiciali non præstitum, pars terminum negligens non amplius 181
 audiatur, pro convicta habeatur, & causa cadat. Sic si reus in
 termino se non offerat, nec actorem citari faciat, & hac ratione
 terminus præterlapsus, postea non amplius auditur, sed condemna- 182
 tur *d. cap. §. 7.* Secus verò, si reo terminus assignatus, & actor,
 factà citatione, non compareat, vel juramentum calumniæ præ-
 stare recuset, tunc reus à præstando juramento & totò processu li- 183
 beratur Stat. Rig. *d. c. §. 6.* Quod & Jur. Civ. constitutum & recu-
 santis jurare nec referentis poena expressa, ut causà cadat & pro con-
 fesso & convicto habeatur *Zœf. ad ff. b. 1. n. 33. Carpov. Lib. 6. Resp. 120.*
Donell. Lib. 24. c. 23. accedente tamen Judicis sententiâ, *Mev. Part. 6.*
Decis. 165. Conveniunt Stat. Rig. quod *ex verb. fin. §. 7. Ußgesprochen*
§. 8. auf die Klage vertheilet patet. Cessat autem relatio jura- 184
 menti, si ille, cui refertur, rei notitiam non habeat *L. 11. §. ult. ff.*
de Act. Rer. amot. vel, si tantummodo ex rum. re aliqualem noti-
 tiam adeptus sit. Illi enim solum, qui rei notitiam ex sensu aliquo 185
 corporeo habet, juramentum referendum *Mynsing. Cent. 1. Observ. 13.*
Beuff. ad ad L. admonendi n. 174. & 215. Menoch. L. 2. A Q. cas. 190.
n. 5. & seq. Setfer. de Jurim. Lib. 4. cap. 13. n. 7. & cap. 10. n. 17. Con-
 veniunt Stat. Rig. *d. c. §. 10.* Hinc actor defuncti hered. bus referre 186
 nequìt, sed oportet eum probationibus actionem suam dilucidare
 Stat. Rig. *d. c. §. 11. vid. d. L. 11. §. 2. ff. de act. rer. amot.*

Præstitò juramentò intra præfixum terminum, sententia se- 187
 cundum acta ferenda eidenque simpliciter standum, nec, etiam si
 actor

- actor vel reus, contra quem jurationem, aliud probationibus demonstrare velit, retractanda, sed causa jurejurando decisa suo vigori relinquenda Möller *ad Constit. Elector. 15. n. 3* & *seqq. P. 1. Rauchbar.*
- 188 *Part. 2. quest. 3. n. 32.* Et hoc est, quod vulgò dicitur, præstitò juramenti non amplius quæri, quàm an juratum sit §. 11. *Inst. de Act. L. Non erit 5. & 2. ff. de Jurej. L. 11. §. 3. L. 26. L. 28. §. ult. ff. eod. L. adversas 15. ff. de Except.* Id quod & Jur. Stat. Rig. ita decisum *in d. c. 18.*
- 189 §. 9. & 13. Juramenti quoque vim habet juramentum acceptatum, quidem, sed, morte interveniente, non præstitum Berlich. *Part. 1.*
- 190 *Concl. 55. n. 14. Carpzov. Lib. 6. Resp. 120.* Quod multò magis ita obtinebit, si factò adversarii moram scil. facientis in præstando jumento calumniæ impediatur acceptans, illèque in fata concedat *Mev. Part. 4. Dec. 262.* Conveniant Stat. Rig. *d. c. §. 12.*
- 192 Desertur quoque à Judice juramentum litigantibus absque partis adversæ speciali delatione, ubi causa dubia est & inopiâ probationum laborat *L. admonendi 31. ff. b. r. Setser. L. 4. c. 12. Berlich. Part. 1. Concl. 53.* & exceptiones instrumentaque ita non probata, ut iis Judex conscientiam suam fundare, & pro quo sententia ferenda
- 193 colligere possit Stat. Rig. *d. c. §. 16.* Probationem tamen ad minimum semiplenam requirit *Mynsing. Cent. 1. Obser. 68. n. 5. Beust. ad*
- 194 *L. admonendi, n. 178.* Concordant Stat. Rig. *d. c. §. 14.* Tam actori quam reo *per c. ult. X. de de Jurej. Berlich. P. 1. Concl. 17. n. 13. Fachin.*
- 195 *L. 1. Controvers. 18.* Quod tamen arbitrio ac discretioni Judicis committendum *Carpzov. in Proc. Tit. 12. art. 2. n. 38.* Concordant Stat. Rig. *d. 14. & 15.*
- 196 Est & aliud juramentum probatorium innocentiz, quod purgatorium dicitur in Jure Canon & purgatio Canonica vocatur. Quod
- 197 deferri potest tam in Civilibus *Carpzov. Tit. 21. art. 5. n. 21.* quàm in Criminalibus, ubi ad pœnam corporis afflictivam non perveniri, nec tortura locum habere potest *Carpzov. Part. 1. Const. 22. Def. 1.*
- 198 Concordant Jura Stat. quæ, si reus quoad partem ab accusatione se purgavit, ei hoc juramentum deferendum esse constituunt *d. c. 18. §. ult.*
- 199 Consideratis speciebus juramentorum, quibus ut plurimum actores, aliis destituti probationibus, fundamentum intentionis suæ

corroborare nituntur, progredimur ad PROBATIONES ipsas. Et
 quamvis regulariter tam Jur. Comm. quam Jur. Statut. *d. L. 2. c. 19.* 200
 §. 1. probationem ante Litem contestatam nemo suscipere, nec per
 sententiam ad id condemnari possit; Nihilominus tamen datur 201
 testium Examen anomalum, ante litem contestatam, imò etiam
 ante motam expediendum B. Brunnem. *Proc. Civ. cap. 20. n. 85.* Et
 dicitur EXAMEN AD PER ETUAM REI MEMORIAM. Con- 202
 cordant Stat. Rig. *d. e. §. 2.* Quod quidem actori indistinctè haud 203
 permittitur, nisi certa quædam prius probaverit requisita *Mev.*
Part. 6. Decis. 304. n. 3. scil. ætatem testis decrepitam, absentiam,
 diuturnam aut morbum *cap. quoniam frequenter X. ut Lite non*
contest. *Carpzov. Part. 1. Const. 16. Def. 35. n. 2.* Dn Præs. in *Tract. de*
Jure Sens. Dissert. 8 cap. 2. n. 12; Concordant Statut. Rig. *d. §. 2.* Ex 204
 quibus causis tamen unica probata sufficit *Ruland. de Commissar.* 205
Part. 2. lib. 1. cap. 12. Concordant Stat. Rig. *d. §. 2.* quod ex copula
 disjunctiva VEL Oder facilè colligi potest. Quot annis verò dicta 206
 ætas decrepita circumscribenda, inter se haud conveniunt Ddr.
 dum alii à quadragesimo; alii à quinquagesimo, alii à septuagesimo
 anno computant; alii judicis arbitriò illud relinquendum esse
 censent, sicut hoc deduxit Dn. Præs. *d. Tract. cit. loc. n. 14.* Jus Statut.
 Rigenf, controversam hanc quæstionem decidit & ad minimum 50 207
 exigit annum *d. §. 2.* Quamquam tempore pestis præscriptus ætatis 208
 annus non adeò de necessitate requiratur *d. §. 2.* *Ruland. d. Tract.*
Part. 2. Lib. 1. cap. 7. Quò examine impetratò ex Jur. Stat. disposi- 209
 tione obstringitur actor, intra annum ab eo tempore, quò proces-
 sum inchoare potuit, computandum, processum inchoare *d. c. §. 3.*

Reum quod attinet, illi indistinctè, etiam causam nullam al- 210
 legare valenti, examen hoc concedendum, cum in potestate ejus
 non sit agere, quando velit *L. Purè s. §. f. de Dol. mal. & met. Ex-*
cept. & L. 2. C. de Dilation. L. 42. in f. de R. I. concordant Stat. R. g.
d. c. §. 4. Petendum verò hoc Examen à Judice, qui futurus est a 211
 ctionis Judex competens *Schrader. de Feud. Part. 2. part. prim prin-*
cip. n. 111. *Ruland. d. lib. 1. c. 2. n. 4.*; Conveniunt Statuta *d. c. §. 5.* 212
 Nisi periculum in mora, si scil. testis alibi graviter decumbat, tunc
 judicem etiam incompetentem adiri posse tradit *Ruland. d. c. 2.*

n. 10. *Mev. P. 2. Decif. 160. & Part. 8. Decif. 181.* quod & Jura Stat. tali casu permisere *d. c. §. 5.*

213 **Examinatis legitimè testibus, præviâ tamen communicatione articulorum parti adversæ ad formanda interrogatoria Stat. Rig. d. c. §. 2. & partium citatione factâ Gail. L. 1. Obs. 94. n. 4. Schrad. de Feud. Part. 2. partis 9. princ. Sect. 13. n. 13. Stat. Rig. d. §. 2. ad acta depositiones testium referuntur, ut ita omnis ansa vel oblivionis vel interitûs adimatur Dn. Præf. d. Tr. de Jur. Sens. c. Dissert. & cap. n.**

214 **21. Stat. Rig. d. c. §. 6. Et quamvis publicatio attestatorum differenda post Litem Contestatam, ne alteri via præcludatur alios testes producendi Gail. lib. 1. Obs. 94. Hartm. Pistor. lib. 1. qu. 39. n. 1. nec ad unius instantiam publicatio decernenda sit, nisi etiam altera pars audiatur *Mev. Part. 2. Decif. 70. Brunnem. in Process. Civ. cap.***

215 **20. n. 98. Illud tamen Jure nostrò Statut. ita simpliciter haud obtinet, licet post Litem Contestatam publicationem differendam esse velit *d. c. §. 6.* Si enim ante eam attestata publicentur, non in**

216 **totum corrui depositio testium, sed ex parte rei subsistit, ex parte**

217 **actoris verò annullatur *alleg. §. 6.* An autem hoc Examen ad perpetuam rei memoriam tantum in Civilibus locum habeat, hinc non**

218 **immeritò disquirendum venit? Ejus affirmativam tuetur Ruland. *d. L. 1. cap. 22. n. 4. Carpzov. in Proc. Tit. 13 art. 7. n. 6. & seq. 11. eo-***

219 **que omnes Ddr. convenire testatur Dn. Præf. *in d. Tract. alleg. cap. n. 24.* Quod si tamen de crimine & civiliter & criminaliter agatur, hoc examen admitti quoque potest, vid. *Mev. Part. 4. Decif.***

220 **238. Græven. *lib. 1. Conclus. 92. Confid. 3. n. 3. Carpz. in Proc. d. Tit. 13. art. 2. n. 16.* Imò & tunc, si reus defensionem ac innocentiam suam probare velit Gail. *lib. 1. Obs. 92. n. 15.* idque ob favorem defensionis; propter quam multa admittuntur, quæ Regulis Juris contrariari videntur Moller. *ad Constit. Elector. 23. n. 17. Part. 4. Hyp-***

221 **pol. de Marfil. *in L. 1 §. si quis ultro num. 98. & seqq. ff. de quæst.***

221 **Concordant Statuta, quæ indistinctè tam in Civilibus quàm in Criminalibus Reo hoc beneficium concedunt *d. cap. 19. §. 4.***

222 **Probationes ordinarias quod attinet, quamvis regulariter actori incumbat probatio §. 4. *Inst. de Leg. L. ante omnia 23. ff. de Probat. L. 21. in f. ff. eod.* ita, ut actore non probante, reus absol-**

vatur

vatur *L. Qui accusare 4. C. de Edendo d. L. 23. de Probat.* nihilominus inficias iri non potest, tam actorem quam reum onere probandi gravandum, pro qualitate negotii in judicium deducti Carpz. *Tit. 13. art. 1. n. 1.* Concordant Statuta Rigenſia, quæ per ſententiam uni litigantium probationem injungendam eſſe volunt *d. lib. 2. cap. 20. §. 1.* Et, qui primus ad teſtium deſiptionem confugit, primò quoque teſtes producere debet Stat. Rig. *d. c. §. 16.* quos tamen omnes ſimul nominet, neceſſe eſt *d. cap. §. 14.* Intra quem terminum verò lite conteſtatâ, ille, cui probatio injuncta, articulos ſuos offerre, & ut certus terminus ad examen teſtium conſtituatur, petere debeat, de Jur. Comm. nihil certi præſcriptum eſt, ſed pro qualitate cauſæ ac perſonarum, nec non ratione diſtantiæ locorum, judicantis illud commiſſum eſt arbitrio *L. 1. C. de Dilat. Can. Inducia 4. §. ſpatium c. 3. qu. 3. Gail. L. 1. Obſ. 53. n. 20. Coler. Part. 1. Decif. 121. num. 2.* Imo per *Receſſ. Imp. Novif. §. ohne Verſtatung ſonderer Terminen* cautum, ne ad poſitiones offerendas certus petatur terminus, ſed, ut quam primum fieri poſſit, offerantur. Jure Sax. tamen terminus Saxon, conſtitutus Carpz. *d. Tit. art. 1. n. 47.* Jus Stat. Rig. intra 14. dies probationem fieri debere præcipit *d. c. §. 1.* Terminò computatò ab eo tempore, quò ſententia vim rei judicatæ eſt conſecuta, *c. l.* in quo correfpondet Juri Sax. v. Coler. *Part. 1. Dec. 121. n. 3. Chil. König. in Proc. cap. 71.* Quò elapſò amplius ad probationem quis non admittitur, ſed totâ cauſâ cadit Rauchb. *Part. 2. qu. 24. n. 23. Zobel. Part. 1. Def. 51.* concordant Stat. Rig. *d. c. §. 12.* niſi dilationem impetraverit *c. l.*

Quò verò ad hos articulos Reus interrogatoria ſua dirigere, ſuasque objectiones contra perſonas teſtium eorumque deſiptionem poſtea opponere poſſit, articuli ei communicandi Stat. Rig. *d. c. §. 2* Brunnem. *in Proc. Civ. cap. 20. n. 49.* Quibus peractis, iudex vel Commiſſarius à præſentibus teſtibus juramentum teſtium exigit, quod eſt de ſubſtantia teſtimonii *L. Jurisjur. 9. C. de Teſt. cap. 39. §. 51 X d. r.* aded, ut ante deſiptionem id fieri neceſſe ſit *d. L. 9.* concordant Stat. Rig. *d. c. §. 3.* Quamvis in eo differre videantur, quod à producente teſtes intra terminum producendi ad præſtandum juramentum *c. l.* Inſuper exigitur & citatio partis adverſæ,

- sæ, contra quam testes producuntur, adeò, ut eâ omiffâ Examen
 testium fit nullum *arg. L. Si quando 19. C. de Test. B. Brunnem. ad*
 233 *d. L. n. 8. Stat. Rig. d. c. § 13.* Qui tamen five compareant, five non,
 testes nihilominus examinandi Stat. Rig. *d. §. 13. Ruland. de Com-*
miss. L. 2. c. 3. n. 16. modò causa citationis, scil. productio testium,
 expresse citationi inserta Ruland *c. l. Brunnem. d. c. 20. n. 50.*
- 234 Nequaquam verò existimet probationem suscipiens, confuse
 eam esse expediendam, testesque productos tumultuariè examinan-
 dos, sed potius secundum formam jure præscriptam singula insti-
 tuat, necesse est, ita, ut non unicuivis testi singulares articulos
 præscribat, sed totum negotium certis includat articulis eosque
 unâ cum nominibus testium & certâ consignatione, super quibus-
 nam unus vel alter testium examinari debeat, quam vulgò appel-
 litant Directorium, in judicio offerat; Veluti patet ex Statut. no-
 235 *stris d. cap. §. 4. Conf. de Jure Sax. Carpz. d. Tit. art. 4. n. 1.* Arti-
 culos quod attinet, illi ita formandi, ut in Praxi semper inci-
 piant per verba affirmativa *Wahr/præsertim si factum proprium*
ponentis concernant, si factum alienum, Glaube wahr/ Receß.
Novis. §. zu welschem Ende 49. Concordant Statuta Rig. *d. c. §. 5.*
- 236 Et cum articuli ex libello & natura Actionis vel Exceptionis for-
 mandi Scacc. *de Judic. lib. 2 c. 7. qv. 7. n. 45.*, necesse est, ut sint
 pertinentes & relevantes h. e. tales, ex quibus effectus seqvi potest
 Baldus. *in L. Sive possidetis 16. §* ibi Bartol. *in Summ. C. de Probat.*
- 237 Cravet. *lib. 1. Consil. 15. n. 18.* Impertinentes verò seu qui ex causa
 principali non oriuntur Gail. *lib. 1. Obs. 82. n. 4. seq.* & plura conti-
 nentes, quàm in libello expressa, rejiciendi Stat. Rig. *d. c. §. 6. Brunn,*
- 238 *cap. 17. n. 8.* De quorum admissibilitate tamen Judex non conce-
 dat, ut invicem disputent, sed ipse litem dirimat, monente Brunnem.
- 239 *d. l.* Quod & jure nostrò Stat. provisum, dum Judicem ad tales
 240 impertinentes rejiciendos obligat *d. §. 6.* Quemadmodum verò
 articuli pertinentes esse debent, ita quoq; interrogatoria, quæ ex ar-
 ticulari necessariò formanda, adeò, ut, si quæ alia contineant, illa
 à Judice rejicienda Stat. Rig. *d. c. §. 7. Ruland. d. L. 2. cap. 10. n. 3. &*
lib. 1. c. 12. Tessauf. Decis. 261. Borell. Part. 2. Decis. Tit. 17. n. 28.
- 241 Priusquam verò ad Examen. Judices descendant, officii eorum
 ratio

ratio exigit, quælibet testium pro qualitate personarum seriò ad-
 monere, ne temerè jurent, Stat. Rig. *d. c. §. 8.* In quo recedere vi- 242
 dentur à moribus, qui exigunt, ut hæc admonitio juramentum, non
 autem Examen testium præcedat Ruland. *d. Lib. 2. cap. 12. n. 11. & seq.*
 Brunnem. *d. c. 20. n. 64.* Testium depositiones quod concernit, eæ 243
 ordinario rotulo inferendæ & custodiendæ, donec utraqve pars ad
 publicationem citata Stat. Rig. *d. c. §. 10.* in quo convenire videntur
 cum *Rec. Novif. §.* im ubrigen. Ante publicationem tamen. 244
 producenti non denegatur facultas, alios testes producendi & suam
 intentionem probandi Carpzov. *Part. 1. Const. 21. Def. 2.* Concor-
 dant Jura Stat. *d. cap. §. 9.* Sed post tertiam productionem quarta 245
 haud concedenda est, quia producens tunc præsumitur didicisse,
 attestata *Auth. At qui semel C. de Probat. cap. 15. cap. 36. & penult. X.*
de Test. nisi juraverit, se non didicisse attestata, & dolosè nihil pe-
 tere, nam tunc & quarta ipsi conceditur productio per *d. Auth.*
 Hillig. *in Don. L. 25. cap. ult.* Gilken. *in dict. Auth.* Jur. Statut. Rig
 illud arbitrio Judicis committitur. *d. §. 9.* Sicuti autem probatio 246
 inter legitimos terminos perficienda, ita quoque REPROBATIO
 h. e. probatio contraria seu elisiva intra eosdem terminos (quod
 Jure Communi secus, ubi sufficit ante publicatam probationem re-
 probationem fieri) Jur. Stat. Rig. fuscipienda, & unà cum proba-
 tione publicanda. Quà factâ nulli parti, sive didicerit testium. 247
 attestata, sive non, regulariter conceditur, ulteriorem allegare,
 probationem Stat. Rig. *d. c. §. 11.* B. Brunnem. *ad Wesenb. quest. 48.*
de Test. Struv. *in Synt. Jur. Civ. Exerc. 28. th. 47.* Carpz. *d. Tit. art. 2.*
 Diximus Jur. Stat. testes intra legitimum terminum producendos 248
 esse, nisi causâ cadere velint, quod tamen vix procedit, si testes
 extra Civitatis Jurisdictionem constituti alibi degant, ubi pro loci
 distantia interdum VI. mensium, VI. Septimanarum spatium conce-
 ditur Stat. Rig. *d. c. §. 13.* Testis enim absentia non sinit labi termi-
 num probatorium Mev. *Part. 3. Decif. 347.*

Probandi quoque videtur signum, sigillum, vel alia res; quâ 249
 merces signatæ, & ad eum, cujus signum est, merces signatas quoque
 pertinere, præsumtionem facit; nisi à parte adversa contrarium pro-
 bari possit Stat. Rig. *d. cap. §. 15.* Tandem quoque plenissimam. 250

- probationem faciunt testimonia Senatorum ad certum negotium vel ab ipsis partibus electorum, vel ab Ampliis. Senatu deputatorum, ita ut id, quod illi bona fide referunt, simpliciter subsistere debeat.
- 251 Stat. Rig. *d. c. §. 17.* Semper enim personarum juramentò obstrictarum testimonio creditur, quoties de officio seu negotio sibi commissio deponunt Stat. Rig. *c. l. Angl. Celsus D. 28. n. 1. & D. 158. n. 7.* Mandosa *Conf. 96. n. 10.* cum harum fides dependeat ex electa fide & religione jurisjurandi, quò judicij sunt obstrictæ Mevius *P. 4. Decis. 328.*
- 252 Non autem quivis ad testimonium dicendum admittitur, cum nonnulli inhabiles ipsò jure declarentur, ad quod quoque se refert.
- 253 Jus Statut. *d. Lib. 2. c. 21. §. 1.* Quinam verò repellantur ipsò jure exhibet B. Brunnem. *cap. 20. num. 2 & seqq. & Ddr. ad Tit. ff. de Test. Carpozov. d. Tit. art. 5.* ad quos me brevitatis amore remitto.
- 254 Exigit tamen Jus Stat. nòst. *d. cap. §. 2.* ut causæ illæ, ob quas testes repelluntur, tempore depositionis adsint, illæ enim, quæ postea oriuntur, eorum depositionem invalidare nequeunt. Ad idoneitatem testis enim semper inspiciendum est tempus quò testimonium latum Ferd. Ar. de Mesa *Variar. Resol. L. 3. c. 4. n. 9.* Nullo verò modo ad testimonium ferendum admittuntur, quorum fidei pars altera causam commisit, eorumq; patrocinium desideravit Stat. Rig. *d. §. 2. Carpozov. d. Tit. art. 55. n. 44. Mev. Part. 8. Decis. 56. n. 1.*
- 257 & *seqq.* Et quamvis Jur. Civ. etiam post publicata attestata reprobatio personarum & dictorum inhabilium personarum permittatur Zoel *ad ff. Tit. de Test. n. 19. Brunnem. in Repet. Paratit. ad Wesenb. quæst. 48. d. 1.* Illud tamen Jure Statut. Rig. secus, ubi reprobaturus testium personam per alios testes, statim peractò examine reprobatorios testes probatoriorum producere tenetur, nec expectare, donec eorum didicerit attestata, utrum palato suo respondeant *d. lib. 2. cap. 22. §. 1.*
- 259 Per quos reprobatorios testes si demonstraverit, priores falsa deposuisse, hi obligantur ad expensas & damnum ei, contra quem deposuere, restituendum, insuper infamiâ notantur judicii que pœnæ ob perjurium subjacent *d. c. §. 2.* in quo Statuta Rig. Jus Civ. correspondere jam supra notavimus. Finiò examine testium in causis Civilibus, utraqve pars ad publicationem attestatorum citanda,

tanda, eaqve in eorum præsentia judicialiter publicanda Brunnem. *Proc Civ. d. c. 20. n. 82. Tusch. Conclus. 295. lit. F.* Concordant. Stat. 261
 Rig. illud insuper speciale exigentia, ut ante publicationem partes
 renuncient beneficio ulterius testes producendi, illudq; actis inseratur *d. l.* Quâ publicatione factâ pars altera solet in scripto con- 262
 trario oppugnare dictorum fidem, altera autem ea defendere Carpz.
d. Tit. art. 4. n. 47. Concordant, Stat. Rig. *d. Lib. cap. 23. § 1.* Eò
 casu tamen, quò testium dicta heterogenea, horum declaratio etiam 263
 post factam publicationem peti potest Stat. Rig. *d. cap. § 2.*

Hæc de probationibus per testes. Expediitior verò probandi 264
 via est per INSTRUMENTA; His enim deficientibus demum ad
 testium confugiendum depositiones. Inter illa verò plenissima. 265
 tribuitur fides ac probatio Actis publicis, Protocollo, nec non In-
 strumentis coram Judice seu Magistraru confectis, vel ab eo saltem
 confirmatis Felin. *in cap. cum causam 13. X. de Probat. n. 7.* Köppen.
Decis. 46. n. 16. L. Is apud quem 2. C. de Edend. Auth. Adbac C. de Fid.
Instrum. Angl. Celsus D. 191. n. 14. Judicis enim autoritas omnem 266
 defectum supplet *L. Omnium 19. C. de Testam. cap. 1. X. de Transact.*
 Concordant Stat. Rig. *d. Lib. 2. c. 24. § 1.* ita, ut contra talia nec
 disputationem nec testium allegationem Stat. nostra permittant *c. l.*
 Et quamvis in Imperio Rom. Germ. sub actis publicis comprehen- 267
 dantur Instrumenta à Notario Publico legitimè confecta, ipsaqve
 fidem mereantur & plene probent Bald. *in L. comparitiones n. 12. C.*
de Fid. Instrument. Paul. de Castr. in Auth. Adbac C. eod. Gail. Lib. 1.
Obs. 1. n. 13. Matth. Stephan. de Jurisdic. Lib. 2 Part. 2 cap. 5 in princ.
 ob autoritatem ipsis ab Imperat. Maximiliano concessam *in Constit.*
Maximil. de Notar. in Recept. Imper. Colon. d. anno 1512. Illud tamen
 secus Jur. Stat. Rig., in quo omnis contractus, pacta dotalia, Testa- 268
 menta, Instrumenta, s. actorum publicorum fidem mereri velint,
 à Civitatis Secretariis conscribenda *d. cap. § 24. § 1 & d. L. 2. c. 5.*
 § 3. In genere enim Notarius Publ. in causis illis, quæ in Judicio 269
 & à Judicii Secretario exercendæ, adhiberi non potest *d. cap. 5. § 5.*

Parilem fidem merentur, imò vim Rei judicatæ & promptissi- 270
 mam executionem habent INSTRUMENTA GVARENTIGIONA-
 TA, in quibus quis coram Notario & testibus debitum fatetur, & ad

- solutionem se adstringit Stat. Rig. *d. c. 24. §. 2.* In quo discrepat Jus
 271 Stat. nost. à Jure Civ. quod tantum in quibusdam casibus paratam
 concedit executionem vid. Brunneinan, *in Repet. Parat. ad Wesenb.*
qvæst. 30. Tit. de Fid. Instrum. Convenit verò cum Jure Sax. v. Carpz.
 272 *in Proc Tit. 1. art. 3. n. 14. & seqq.* Probandi quoque vi gaudent In-
 strumenta & signa, nulla prohibita pacta vel conventiones conti-
 nentia, nec usurariam pravitatem sapientia Statut. Rig. *d. c. §. 3.*
 273 B. Brunnem. *in Proc. Civ. cap. 19. n. 3.* Si tamen instrumentis unum
 vel alterum ex memoratis insit vitium, utile per inutile non vitian-
 dum, & pars adversa ad id, ad quod de Jure tenetur, condemnanda
 274 Stat. Rig. *d. c. §. 3.* Nec destituitur instrumentum vi suâ probandi,
 si pars adversa manum quidem recognoscat, sigillum autem præter
 suam voluntatem adjectum esse excipiat Stat. Rig. *d. c. §. 7.*
 275 Libros Mercatorum verò plenè haud probare expeditum, quia
 scriptura privata pro scribente fidem non facit *cap. 2. X. de Fid. In-*
 276 *strum. L. Publica 26. §. 2. in f. ff. Deposit.* Semiplenam tamen iis à
 Ddr. communiter tribuitur probatio in causis ad commercia & ne-
 gotia spectantibus Gail. *Lib. 2. Obs. 20. n. 8.*, quod & observantiâ
 ubique receptum esse testatur Hering. *de Fidejuss. cap. 20. §. 1. n. 71.*
 277 Ruland. *de Commiss. Part. 2. Lib. 5. cap. 13. n. 9.* Modò mercator sit
 spectatæ & integræ fidei, ejusq; liber data & accepta contineat Angl.
 Celsus *D. 280. n. 16.* accedatque ipsius juramentum suppletorium, de
 quo Mascard. *Concl. 976.* Köppen. *Decis. 46. n. 55.* Surdus *Decis.*
199. Carpzov. *Part. 1. Const. 17 Def. 35.* Nicol. de Passerib. *de Scri-*
 278 *ptura privata Eib. 4. Tit. de Lib. Mercat. n. 16.* Jur. Stat. Rig. distin-
 gvendum, utrum in vivis adhuc existente Mercatore, utrum eò
 279 mortuò, Libri fidem facere debeant; Illo casu, si causam debendi
 simul contineant, in mercatura, rationibus, expensis & acceptis in-
 280 ter mercatores sine juramento semiplenè probant: hòc verò casu
 scil. post mortem mercatoris plenè tam pro mortuo quàm pro ejus
 281 heredibus probant *d. cap. 24. §. 4.* Est enim mors instar juramenti,
 ejusque vim ac efficaciam in probando obtinet, eum verosimile non
 sit, morientem reliquisse falsam Scripturam *L. ult. C. ad L. Jul. re-*
 282 *petund. Zas. Vol. 1. Conf. 5.* Contra ipsum mercatorem verò seu scri-
 bentem quocunqve tempore plenam facit probationem Stat. Rig.

d. c. § 4. Convenit cum Jur. Civ. C. 2. X. de Fid. Instrum. d. L. 26. §. 2. in f. ff. Depof.

Et quamvis communiter Ddr tantum mercatorum Libris hanc semiplenè probandi facultatem adscribant, Jus Stat. Rig. tamen & aliorum Virorum integræ fidei ac famæ libris post mortem eorum plenam fidem tribuit; iis verò adhuc superstitibus, si eorum libri ab adversa parte impugnentur, juramentò eos verificare tenentur Stat. Rig. *d. c. §. 5.* Plenissimam quoque fidem faciunt Jura Stat. Rig. *d. c. §. 6.* Proxenetarum Libri, in quibus omnes contractus diligenter, quò die & datò initi, annotati sunt, si partibus desiderantibus eos juramentò confirmaverint. Jure Civ. ob lucrum ex conventionè speratum & affectione ad rem vix ad testimonium dicendum admittuntur, nisi utraqve parte consentiente *Nov. 90. cap. 8.* Quò casu etiam inviti ad testandum cogi possunt *d. Nov. Gail. d. L. Obs. 100. n. 7.* vel nisi contra eum producantur, cujus negotia expedivèrè Hottoman. *Lib. 10. Observ. 15. Conf. 43. n. 6.* Donell. *ad Tit. de Test. cap. 10.* Recensita verò Instrumenta vel libri quò probationem faciant, requiritur, ut ipsum Originale non exemplum producat, cum exempla regulariter non probent *L. 2. ff. L. 7. C. de Fid. Instrum. c. 1. X. eod.* Concordat Jus Stat. *d. c. § 8.* In rationibus tamen reddendis non totus liber sed tantum ea capitula, quæ impugnantur, exhibenda Stat. Rig. *d. c. §. 9.* ne plura litigia occasione totius instrumenti producti oriantur Br. *in Rubr. ff. de Novi oper. numc. Panormit. in cap. 5. X. de Instrum.*

Omnia probationum liquidissima est ADVERSARI CONFESSIO Knichen *in Encycloped. cap. 2. n. 1.* & parit executionem, si reus monitoriò impetitus fatendò respondeat Carpzov. *d. Tit. art. 3. n. 32.* & confessus ad appellandum non admittitur *L. 2. Quor. appellat. non recip.* Quamvis non desint modi, quibus confessio facta rursus impugnari possit, quos vid. apud Brunn. *in Proc. cap. 21. n. 8* quo me brevitatis amore remitto. Jure Stat. Rig. si confessus vel judicialiter vel extrajudicialiter in facto erraverit, erroremque commissum probaverit, confessio facta ipsi non nocet *d. L. 2. cap. 25.*

Probationibus, Reprobationibus, deductioneque legitime exhibitâ,

- hibitâ, & tandem factâ conclusione in causa, finis processui per sen-
 294 tentiam imponitur. Requirit tamen Jus Stat. priusquam ad sen-
 tentiam deveniatur, ut ab utraqve parte acta suppleantur, & supple-
 295 ta rotulentur *d. L. 2. cap. 26.* Deinceps utriq; parti terminus ad au-
 diendam sententiam præviâ Citatione præfigatur, ipsaq; sententia
 296 in præsentia partium publicetur Jus. Stat. *d. c. 26.* Quæ citatio &
 Jure Civ. necessaria *L. Ea quæ C. Quom. & qu. Jud. Gail. lib. 1. Obs.*
109. cum assignatione certæ diei, Vantius *de Nullit. ex defect. process.*
n. 56. Carpzov. *in Process. Tit. 16. art. 3. n. 16.* aliàs sententia non va-
 let Mynsing. *Cent. 3. Obs. 71.* Camill. Borell. *Tom. 2. Decis. Tit. 28;*
 297 Tusch. *Concl. 152.* Si autem pars altera vel utraqve contumaciter
 emanat, nihilominus, auditâ relatione nuncii, sententia publican-
 da Jur. Stat. *d. L. cap. 26* quod & in multis Judicii Ordinatur: obser-
 vari testatur Brunn. *in Process. cap. 27. n. 45.*
- 298 Contingit non rarò, ut, latâ sententiâ, pars una vel altera
 ejus declarationem exigat, quæ declaratio tam Jur. Statut. *d. L. c.*
27 quàm Jur. Civ. permittitur, per *L. ab Executore 4. & ibi gl. ff. de*
 299 *Appellat.* Declaratio tamen hæc fieri debet ab eodem Judice, qui
 sententiam tulit arg. *L. 20. & 21. pr. ff. de Except. rei jud. Menoch.*
 300 *Consil. 159. n. 9.* Et quidem tantum in circumstantialibus non in sub-
 stantialibus Pruckman. *Vol. 1. Consil. 14. n. 118* Tusch. *Concl. 123. lit. S.*
 seu quatenus verba obscura & ambigua explanationem exigunt; Con-
 301 cordant Stat. Rig. *d. cap. 27. § 1.* quò § illis, qui rationes deciden-
 di sententiæ perstringunt, ob illatam torturam, gravem poenam in-
 302 fligendam esse statuitur. Quâ declaratione pendente Jur. Civ. non
 currunt fatalia Mev. *Part. 5. Decis. 10* & non opus est appellare ante
 declarationem Mev. *P. 3. Decis. 127.* quod secus Jur. Statut. Rig. *d. cap.*
 303 *§. 2* in quo petita declaratio fatalia appellationis non amplius sus-
 pendit, nec Judici ea prorogandi facultas concessa est, ipsaq; de-
 claratio intra decendum petenda *d. §. 2.*
- 304 Non autem mox ex lata, publicata & declarata sententia
 305 ille, cui res adjudicata, victoriam sibi polliceri potest, nisi ea vim
 rei judicatæ consecuta fuerit. Quod, ut ab adversa parte impedia-
 tur, variè solliciti sunt causarum Patroni, variaque remedia & ab
 306 ipsò Jure Civ. præscripta, Inter alia sententiâ gravatus gaudet re-
 mediò

mediò appellationis, vi cujus sententiæ virtutem & effectum suspendit Angl. Cels. *Dec. 15. n. 21. & 230. n. 4.* & singula in pristinum quasi constituit statum, ita ut nondum allegata allegare, nondum probata probare ei liceat *L. Per banc C. de Temp. appellat.* Et 307
 quamvis de Jure Civ. ab interlocutoria sententia, nisi vim definitivæ habeat, appellare non liceat *L. 2. ff. de Appellat. recip.* Scacc. *de Appellat. qu. 17. lim. 4. membr. 1. n. 176.* Jure Canonicò tamen ab omni sententia, quæ gravamen infert, appellatio permiffa *cap. 10. & 12. X. de Appell.* Cui correspondet Jus Stat. nost. *d. L. 2. c. 28.* 308
§. 1. ubi in prima instantia à Judice inferiori gravati indistinctè ad Senatum per appellationem causam transferre possunt. Circa modum appellandi solennem in primis nosse oportet, quod fatalia appellationis, quorum hodie tria recensentur; Fatale interponendæ, introducendæ & justificandæ appellationis *Gail. L. 1. Obs. 39. in princ. Grav. L. 1. Concl. 39. & seqq.* cautè observanda. Fatale interponendæ 310
 appellationis est 10. dierum à die ipsoq; momento publicatæ sententiæ, & currit à momento in momentum, eoque præterlapsò sententia transit in rem judicatam, nec appellatio ulterius admittitur *Auth. Hodie C. de Appel. Cap. quoad consultationem X. de Sentent. & Re jud. Gail. lib. 1. O. 139. n. 5. Menoch. lib. 2. præf. 95. n. 6.* Concordant Stat. 311
Rig. d. § 5. Nec interest, an vivâ voce, an scriptis interponatur appellatio *L. 2. ff. de Appell. L. 6. § pen. L. Litigatoribus 14. Auth. Hodie C. de Appell.* Conveniunt Stat. *Rig. d. §. 1.* illud tamen speciale exigentia, ut appellans semper appellationis offerat solidum *d. l.* Interpositâ appellatione, eadem apud Judicem ad quæ introducenda *Nov. 119. c. 4. Auth. Si appell. C. de Temp. appell. & apostoli offerendi L. un. ff. de Dimiss. libell.* quod & Jura Stat. *d. l.* disponunt, apostolorum tamen nullâ factâ mentione. Tempus introducendæ appellationis *Jur. Civ.* 314
 certum non est, sed in arbitrio Judicis à quo consistit *per L. 5. C. de Appell. c. 4. X. d. r.* Differt Jus Stat. *Rig. c. l.* ubi itidem appellatio intra 10. dies à factâ interpositione in judicio superiori introducenda. 315
 Terminus justificandæ appellationis verò à Judice ad quem constituitur, intra quem tum formalia tum materialia appellationis justificare appellans tenetur *L. ult. §. ult. ff. de Appell.* Terminus iste est 317
 vel longior vel brevior pro rei qualitate *Mev. P. 2. Dec. 366. c. 5. & 57. X. de Appell.* Vel si certus terminus à Judice non assignatus, tunc 318
 S
 Jure

- Jure Comm. appellatio intra annum justificanda & ad finem perducenda *L. fin. §. 4. C. de Temp. appell. Zanger. de Except. P. 1. c. 1. n. 68, Gail. L. 1. Observ. 141. in princ.* Recedit & quoad hoc fatale Jus Stat. Rig. *c. l.* constituens, ut appellans introductâ appellatione, die sequenti Veneris, factâ citatione partis adversæ, appellationem tam in materialibus quàm in formalibus prosequatur. Vel, si in materialibus ipsi non liceat, impedimenta legalia alleget, & sequenti die Veneris justificationem in materialibus offerat *c. l.* Quem terminum si negligat, vel si allegata excusatio non sufficiat, appellatio, contumaciam accusante adversâ parte, pro deserta habenda & appellans in expensas condemnandus Stat. Rig. *c. l.* Gail. *d. Obs. 141. in princ. Auth. Ei qui, & L. ult. §. 4. C. de Temp. appellat. Carpz. Tit. 18. art. 5. n. 54. Angl. Celsus Dec. 141. n. 2.*
- Et quamvis *juxta Receß. Noviss.* concedantur 30. dies post interpositam appellationem ad petendam actorum editionem; Id tamen Jur. Stat. Rig. non attenditur, ubi statim in ipsa introductione curare debet Patronus causæ, ut acta prioris Instantiæ, prout in inferiori judicio rotulata, à Secretario illius judicii, superiori judicio exhibeantur, quò iis Advocati, quocunq; tempore ea requirerent, uti & perlustrare possint Stat. Rig. *c. l.* Causæ verò, quæ in prima instantia summarie tractantur, eæ quoque in secunda, nempe Appellatione, ita tractandæ, ut uno libellò exhibitò ab utraque parte in causa concludatur Stat. Rig. *d. L. 2. cap. 13. §. 4.* Et quamvis partes in causa concludant, non tamen mox sententiâ res deciditur, sed prius à Syndico Civitatis Relatio momenta causæ exhibens conficienda, de qua vid. Jus Stat. *d. L. 2. c. 19.* Quæ Relationes, utut sublata videantur per *Auth. Novò jure C. de Relat.* hoc tamen ad Relationes, quæ post appellationem fiunt, non extendendum. Dn. Brunnem. *ad d. Auth.*
- Relatione partibus communicatâ & Senatui exhibitâ, decisiva fertur sententia. Cui si pars acquiescere nolit, conceditur ipsi facultas vel ad Summum Tribunal Regium Stockholmiæ appellationem instituendi, vel per modum aut querelam extraordinariæ appellationis eò confugendi. Vel revisionem actorum coram Amplissimo Senatu petendi: Hòc tamen electò, appellationi ad Summum Tribunal Regium seu extraordinariæ seu ordinariæ renunciâsse prætu-

præsumitur, & omnis appellatio ipsi denegatur Statut. Rig. d. L. 2. cap. 30.

In dicta verò Revisione impetranda coram Amplissimo Senatu Rigenfi paulisper recedit Jus Stat. nostrum ab *Imp. Rec. Noviss.* §. nach Berathsschlagung des puncti appellationis. Vi hujus enim Revisio non suspendit executionem, sed sententia Executioni traditur, modò victor cautionem sufficientem præstet de restituendo in casum succumbentiæ, cujus executionis tamen Jus Stat. non meminit, & simpliciter parti revisionem concedit d. L. 2. c. 30. Exigit præterea *Recessus. d. §.* ut intra quatuor menses Electori Moguntino Revisionis schedula insinuetur, quod Jur. Statut. secus, ubi intra 10. dies impetranda d. c. 30. Ex *Recess.* causa sit revisibilis, necesse est tum ratione qualitatis, tum ratione naturæ suæ, ut sit appellabilis Brunn. c. 28. n. 119. Jus Stat. Rig. hoc non attendit & revisionem indistinctè concedit c. l. Concordare tamen in plerisq; Stat. Rig. cum *d. Recessu* quoad Revisionem coram Sereniss. Maj. Sveciæ impetrandam n. 345. & seqq. subjiciemus. Illud præterea in Revisione observandum, ut pars unaquæq; unicò libellò omnia merita causæ pertractet, nec nova quædam adducat Brunn. d. c. n. 122. Concordant Stat. Rig. c. l. Et ne unicuivis litigandi animò liceat revisionem petere, introduxere Stat. Rig., ut revisionem expetens eòdem terminò 100. marcas vel 20. flor. Polon. in judicio deponat. Quorum, si sententia nec in totum nec pro parte reformetur, jacturam facit, & alteri parti in expensas retardati processus condemnatur d. c. 30. in quo concordant Stat. cum *Recess. d. §.* quamvis ibidem sportularum summa non expressa.

Hanc Revisionem qui respuunt, ab Amplis. Senatùs sententia ad Summum Tribunal Regium Stockholmiæ provocare possunt, Jus Stat. d. L. 2. c. 31. modò causa sit appellabilis d. c. 31. §. 1. & 5. Et obligatur tunc appellans ex tempore delatæ appellationis intra 14. dies privilegio Civitatis in puncto præstandi Juramenti satisfacere, ad quod juramentum, si sententia lata ipsius famæ læsionem concernat, non tenetur d. c. §. 6. Et si sub Civitatis Jurisdictione bona immobilia non possideat, nec ob reconventionem & expensas in prima instantia cautionem præstiterit, eam præstare Stat. Rig. d. c. §. 2. Quà præstitâ, Relatio prout à partibus subscripta unà cum Apostolis Reverentialibus Senatùs sigillo munita Stockholmiam transmittenda

- 342 *d. c. §. 3.* Recedit Jus Stat. à Jur. Civ., quod Jur Civ. acta sint trans-
- 343 mittenda, hinc verò tantum Relatio *d. §. 3.* Tempus, intra quod
 appellatio introducenda. Jur. Civ. certum constitutum haud esse
 jam in præced. notavimus. Jur. Statut. Rig. appellatio ad Tribunal
 Regium intra præfixum terminum sc. 12. Septimanas, si tantum tem-
 poris spatium à die latæ sententiæ ad diem judicalem Stockholmiæ
 habendam superfit, ibidem introducenda, aliàs ad sequentem diem,
 344 judicalem introductio remittenda *d. L. 2. c. 31. §. 4.* Ubi semper se-
 cundum Statuta Rig. & Consuetudines, hisque deficientibus, secun-
 dum Jus Civile causæ decidendæ *d. c. §. 4.*
- 345 Quamvis verò in præcedent. dixerimus, omnem appellatio-
 nem intra decendum interponendam; fallit tamen hoc in extraor-
 dinaria appellatione ad Sereniss. Reg. Maj. ubi in continenti vel ad
 summum intra octiduum à die latæ sententiæ pars gravata coram
 Magistratu in præsentia partis adversæ vel ab ea constituti Procura-
 toris mentem suam de appellando declarare debet *vid. alleg. Reg.*
 346 *Maj. Resol. §. 1.* Ne verò calumniandi & litem protelandi animò
 eam impetrare quis videatur, tenetur tam pars adversa quàm ejus
 Procurator prius juramentum malitiæ præstare *d. c. 31. §. 7.* In quo
 347 respondent Stat. *Recess. Imper. Noviss. §. In Sällen.* Quoad insi-
 nuationem verò Stat. Rig. & Recessus differunt: Vi hujus intra 4. men-
 ses insinuatio facienda, vi Stat. intra sex menses. In qua insinuazione
 348 simul expetenda citatio partis adversæ, & Mandata compulsoria
 ad Senatum de edendis actis, in quibus si appellans quædam negli-
 gat, appellandi beneficiò privatur *v. d. Resolut. §. 2.* In eo autem
 349 hæc ordinaria appellatio ab extraordinaria differt, quod hæc execu-
 tionem differat, uti in præced. dictum, illa verò secus, sed sententia
 350 prior executioni mandatur; Modò victor cautionem sufficientem
 de restituendo in casum succumbentiæ præstet per *Recess. Noviss.*
 351 *§. nach Berahschlagen.* Concordat *d. Resolut. §. 3.* ita, ut si Ma-
 gistratus Rig. cautionem sufficientem tam quoad ea, quæ parti appel-
 lanti adjudicari possint, quàm quoad sortem non exegerit, ipse te-
 352 neatur *d. §. 3.* E contrario quoque pars appellans parti adversæ rea-
 lem cautionem quoad expensas & reliqua, priusquam editionem
 actorum petat, offerre tenetur, *d. Resolut. §. 4.* de quo in *Recess. No-*
 353 *viss.* nihil constitutum. Cognoscendum tamen in hac extraordina-
 ria

riâ appellatione de justitia sententiæ prioris ex' iisdem actis, nec nova admittuntur documenta Brunnem. *cap. 28. n. 118.* concordat *d. Resolut. §. 5.* Nisi pars nova documenta proferens demonstrare possit, ea demum inventa & eò tempore, quò causa Rigæ ventilabatur, produci non potuisse *d. §. 5.* Quò autem quis revisionem impetrare possit, requiritur, ut causa sit revisibilis tum ratione quantitatis tum ratione naturæ *per Recess. Nov. In d. Resolut. prioris nulla fit mentio, posterioris autem quidam casus exprimentur, qui videri possunt in d. Resol. §. 6.*

Ultimus tandem actus, quem omnes in processu litigantes intendunt, est EXECUTIO, quâ nihil aliud restat, postquam sententia vim rei judicatæ obtinuit, quò ita satisfiat iudicato, & sententia pariter ac condemnatio in effectum deducatur *arg. L. 1. & 2. C. de Pignorat. act. Auth. Hoc jus porrectum C. de SSis Eccles.* In qua tamen aliter in realibus, aliter in personalibus progredi LL. jubent, Nam in realibus jubent, ut Reus statim sententiæ pareat, § *E si in rem §. de Offic. Jud. Coler. de Proc. Exec. Part. 3. cap. 6. n. 14. Umm. Diss. ult. n. 17.* & si parere nolit, ut manu militari jussu Judicis res ab eo auferatur *L. Qui restituere 68. ff. d. R. V.* nec audiatur possessor, licet pretium justum offerat *Mev. P. 2. D. 271.* Diversum obtinet Jure Stat. Rig. quod condemnato hòc casu ad partitionem & restitutionem concedit sex Septimanas, ita, ut ter de una quaterdena in aliam, sententiæ parere admoneatur, quod, si respuat, per realem immiessionem Creditor possessionem consequitur *Stat. Rig. d. L. 2. c. 32. §. 1.* In actionibus verò personalibus magis favent reo LL. Civiles tempus quadrimestre ad solvendum ipsi constituentes, priusquam ad Executionem deveniatur *L. Intm dies 7. ff. de Re Jud. L. Eos qui condemnati 2. C. de Usur. rei jud.* A quo rursus recedit Jus Stat. Rig. eundem terminum, quem in realibus, VI. septimanas scil. debitori concedens *d. c. §. 1.* Imò etiam brevior, & sane brevissimum, duas noctes scil. in jure hospitii, ut si Civis extero vel vice versâ, vel exterus extero quid debeat, præterlapsis tantummodò duabus noctibus ab eo tempore, quò sententia vim rei judicatæ consecuta, Executio decernatur *d. cap. 32 §. 5.*

In ipsa Executione verò minimè negligenda dispositio *L. d. Divo Pio 15. ff. de Re Jud.* ut primò bona mobilia seu se moventia,

- postea immobilia capiuntur, quibus deficientibus, in jura & actiones debitorum executio decernatur, & tandem ipse debitor carceri
- 364 mancipetur *d. L. §. 2.* Initium ergò faciendum à mobilibus Specul-
in Tit. de Execut. sent. §. Sequitur. n. 3. Coler. de Process. P. 3. c. 9. n. 20.
- 365 concordant Statut. Rig. *d. §. 1.* Quæ bona tamen per bimestre spa-
tium L. Debitoribus 31. ff. de Re Jud. in judicio deposita conservan-
 tur, & nisi reluantur, postea venduntur publicè, vel, emptore non
 366 repertò, victori in solutum ad judicantur *d. L. 15. §. 3. Donell. L. 27*
c. 3. lit. Aa. Correspondent Statuta *d. c. 32. §. 2.* quamvis in eo dif-
 ferre videantur, quòd brevior terminù scilicet 14 dies ad conservanda
 bona præfigant & bona ea sine ulla subhastatione, factà judiciali
 taxatione, Victori adjudicent, reservatà Creditori actione quoad
 367 residuum, si bona non sufficiant, ea verò, quæ ex adjudicatis super-
 tione immunita tamen sunt instrumenta rustica seu agriculturæ per.
L. Executores 1. C. Quæres pign. quòd & Stat. Rig. introduxere *d. §. 4.*
- 368 Quæ & instrumenta Opificum, vel, quæ ad quotidianum domus
 utum pertinent, imò & Debitoris ejusque Uxoribus vestes hòc privile-
 369 giò donant. *d. §. 4.* Quamquam moribus in subsidium etiam in in-
 strumentis executionem fieri posse testentur Coler. *Part. 2. cap. 3.*
n. 189. Zaf. in d. L. 15. §. 2. n. 11. ff. de Re Jud. Brunn. in Proc. cap. 29. n. 28.
- 370 Deficientibus mobilibus, immobilia executioni subjacent *d.*
L. 15. Stat. Rig. d. cap. §. 6. quæ eòdem fere modò, quò mobilia,
- 371 parti victrici adjudicantur. Quòd Jus Statut. Rig. attinet, illud
 in hoc casu valdè recedit à Jure Civ. & maximas ambages requirit.
- 372 Obligatur quippe Creditor, præterlapsis IIX. Septimanis, si, non-
 existentibus mobilibus & se moventibus, immobilia aggredi velit,
 unicà factà denunciatione & impetratà Judicis concessione, bona
 immobilia in publicis judicii diebus coram judicio inferiori per tres
 373 octodenas licitare aufstbieten *d. cap. §. 6.* Quà ternà licitatione, &
 denunciatione ad luendum pignus Debitori per nuncium factà,
 actoris seu Creditoris officium est, in publicis judicii diebus coram
 toto Senatu comparere, licitationem & denunciationem ex inferiori
 374 judicii protocollis docere, immobilia licitare, immisionemque
 ex primo decreto petere, quæ à Senatu ipsi in specie decernenda, &
 quò effectui detur, ad Prætorem remittendus *d. c. §. 7.* Fit illa im-
 missio

missio à Judicibus & Secretario vid. Stat. §. 8. factaqve traditione
des *Thürflappers* Creditori pignus constituitur. Qvod & Jur. Civ. 375
constitutum, ut victor ex immisione pignus consequatur, si scil. rea-
liter immisus *L. Non est mirum 26. de pignorat. act.* Modest. Pif. Part. 4.
qvæst. 165. n. 2. Carpzov. P. 1. C. 28. Def. 139. & in Proc. Tit. 25. art. 1.
n. 8. *Olivar. Decif. 937. n. 2.*

Facta verò licitatio durat per integrum annum ab eo die, quò 376
immissio impetrata, usque ad eundem sequentis anni publici judicii
diem. Intra quod temporis spatium quivis Creditor obstringitur 377
Credutum suum denunciare, rem immobilem licitare & majus of-
ferre pretium, quamvis & ea licitatio unicuivis permiffa *d. c. §. 9.*
Annò autem præterlapsò, plus offerenti ex secundo decreto bo- 378
na ea decernuntur, eorumque dominium, præterlapsò de novo
VI. Septimanarum spatìò, irrevocabiliter adjudicatur *d. c. 10.* Et 379
vel ab ipso Debitore, vel eò renuente, à Dominis Camerariis ipsi pu-
blicè ea bona assignantur, assignatioq; actis inseritur *d. cap. §. 11.*
Translatio enim Dominii, quam Judex facit, ab ipso Debitore facta
videtur. v. *Marescot. Var. Resol. L. 2. c. 34. n. 2.* Diximus Credito- 380
rem, præterlapsis VI. Septimanis, dominium rei irrevocabiliter
adipisci; intra hoc enim spatium Creditori vel ejus agnatis (si facta 381
immissione ex secundo decreto jus protimiseos sibi reservare.)
permiffum, eodem oblatò pretiò bona ea reluere *d. §. 10.* modò ju-
ramentò asseverare possint, se illa sibi non aliis emere *d. §.*

Tandem Executio quoque decernenda in jura, nomina & a- 382
ctiones debitoris Stat. Rig. *d. c. §. 22 L. Divo Pio 15. L. 2. & pen C.*
Quando fiscus vel privat. illisque deficientibus in personam debi-
toris. De qua Executione *præced. cap.* quædam notavimus & 383
cum de Executione pignorum in *præced. quòq;* jam egimus, eò bre-
vitatìs amore nos remittimus.

Contingit non rarò, ut sententiam executioni mandatam ter- 384
tius quidam interveniendò impediatur. Non enim interest, an ante, an 385
post Litem Contestatam quis interveniat, sive ante conclusionem li-
tis s. post, imò etiam post sententiam *Gail. L. 1. Obs 70. n. 10. Zang. P.*
3. c. 26. n. 138 Franc. Marc. D. T. 2. q. 538. n. 1. & seq Qvod & Stat. Rig. 386
intervenienti concessere *d. L. 2. c. 33. §. 1.* Executioni sententiæ quòq;
quæ in rem judicatam transit, Jur. Civ. interveniens se opponere pos-
test

- test *L. 15. ff. de Re Jud. L. 29. C. de Jur. dot. Coler. de Proc. Execut.*
 388 *Part. 2. cap. 3. num. 25. Menoch. Lib. 2. Prasumt. 47. Jur. Statut.*
 Rig. verò sub certa distinctione, ut prius consideretur, an actio insti-
 389 tuta realis, an personalis: hòc casu quivis tertius etiam Executio-
 ni se opponere potest, modò non per proclama publicatum fuerit,
 ut quivis Creditor intra præfixum terminum contra debitorem a-
 390 ctionem instituat *d. c. §. 3.* Illo verò, si res illa, in quam executio de-
 creta, nondum occupata, interveniens audiendus, modò non scien-
 ter tacuerit, & quasi cum reo colludens jus sibi non reservaverit; do-
 losè enim tacens jus suum amittit *Mev. P. 3. Dec. 98. Afflict. Dec. 235.*
 391 *Gail. L. 1. Obs. 71. n. 14. Nec executio differenda, si interveniens*
Judicem jus suum in continenti docere non possit d. c. §. 4.
 392 Ne verò cuivis, tam interveniendo quam agendo, licentia de-
 tur, temerariè litem movendí, cautè disposuère tam Jura Civ. quam
 Stat. ut victus victori regulariter teneatur in expensas *L. Eum quem*
temerè 79. ff. de Jud. Arb. post. Jus jurand. C. d. t. L. 4. C. de fruct. &
lit. expens. L. ult. C. quando provocare non est necess. add. Dd. ab Hillig.
 393 *L. 26. cap. 3. lit. H. citat. Jus Stat. d. L. 2. c. 34. §. 1. Nisi altera pars*
justam ac probabilem litigandi causam habuerit, ubi ab utraq; par-
te expensæ compensantur Gail. L. 1. O. 152. Carpz. l. 1. Const. 31. Def. 26.
 394 *Hillig, c. l. quam limitationem & Jus Stat. nostrum agnoscit d. c. §. 1.*
 395 *& ult.* Insuper exigens, ut tali casu expensarum compensatio expres-
 396 sè sententiæ inferatur, non verò silentiò prætereatur, ultteriores lites
 397 & processus abbreviandi causâ *d. §. ult.* Qvoad ipsas expensas victor
 398 generaliter earum designationem exhibet, exhibitas liquidat, liqui-
 399 datas Judex moderatur & aliquando victori juramentum expensa-
 rum defert *Græven. P. 2. Concl. 151. n. 3. Carpz. P. 1. Const. 31. Def. 8.*
 Qvibus & Stat. Rig. adstipulantur *d. lib. 2. cap. 34. §. 2. & 3.*

400 His filum abrumpo : Et, quamvis omnia exactè conferre materiarum co-
 pia & ingenii mei imbecillitas non permiserint ; Cum tamen fecerim, qvòd po-
 tuerim, eadem fiduciâ, qvâ præsentem Tractationem suscepi, eidem colophonem
 impono : Te B. L. mihi propitium censorem & errorum condonatore m
 promittens, & exoptans, Tuæqve benevolentia ea, qvæ forsan irrepsère, corrigenda
 committens. Qvòd superest : Qvò Duce primas lineolas ducere cepi, eodem qvò-
 que ultimas adjiciam : S. Sanctæ Trinitati pro concessis viribus & beni-
 gnissima assistentia debita humilitate gratias per-
 solvens immortales,